

29

DISSERTATIO JVRIS CRIMINALIS
DE
JVSTIS
POENAM MITIGANDI CAVSIS
IN CRIMINIBVS

QVAM
GEORGIVS GVSTAVVVS
LIBER BARO
DE MA YDELL
LIVONVS
AVCTOR ET RESPONDENS

PRAE SIDE
PHILIPPO JACOBO HEISLER

J. V. D. ET P. P. E.
IN ALMA FRIDERICIANA

DIE XIX. AVGVSTI ANNO MDCCCLII.

IN PVBLICO AVDITORIO
PROPVGNABIT.




HALAE MAGDEBURGICAE,
TYPIS IOANNIS CHRISTIANI HILLIGERI ACAD. TYPOGR.

DISSERTATIO ARIIS CRIMINARIS
DE JAS. TIS
POENAM MITIGANDI CAVIS
IN CRIMINIBVS
GEORGIAE CASTAVS
LITER. BARO
DE MARYDENT
VACATOR ET RESPONDENS
PRAESIDE
PHILIPPO JACOBO HEISTER
IN ALMA RIDERICKIANA
DE XLV AGRI ANNO MDCCII
IN PARVIO AUDITORIO
1800

HABITAT MAGDEBVRGICAE
JANUS IOANNIS CHRISTIANI HILLERII ACAD. FRANC.





MONSIEUR
A
SON ALTESSE IMPERIALE

MONSEIGNEUR

PIERRE FEODEROVIEZ

GRAND-DUC DE TOUTE LA RUSSIE
HERETIER DE NORVEGUE

DUC-REGNANT DE SLESVIC-HOLSTEIN

STORMARN ET DITMARSE

COMTE D'OLDENBOURG

ET DE DELMENHORST

ETC. ETC.

MONSIEUR!

SON UTRESSE IMPERIALE

MONSIEUR

PIERRE FEODOROVES

GRAND-DUC DE TOUTTE LA RUSSIE

HERSITTER DE NORVÉGIE

Ce n'est pas aux Princes qui sont aussi
grands que VOTRE AL-
TESSE IMPERIALE, ni aux
AUGUSTES MAITRES

qui savent si bien se faire aimer de leur sujets, qu'on
a besoin de parler d'audace & de temerité quand
on ose s'approcher de leur trone; soit pour remplir
les

les devoirs de quelque charge, soit par le desir de faire voir, les respects que nous leurs portons & la soumission avec laquelle nous leurs sommes devoués. Leur bonté inspire autant de confiance que leur Majesté inspire de respect & leur grandeur d'admiration. Une noble franchise jointe à cette vénération respectueuse que leur grandes qualités font naître, ne fauroit leur deplaire. Ce sont ces considerations, **MONSEIGNEUR**, qui ne m'ont pas permis d'hesiter & de rejeter comme temeraire la pensée d'offrir à **VOTRE ALTESSE IMPERIALE**, les premices de mes études, c'est à dire la These que je vais defendre publiquement. J'avouë, que pour meriter l'honneur de paroître devant **V. A. I.** & celui de n'etre pas indigne de son approbation; il faudroit que ce fût une production plus importante: Mais, **MONSEIGNEUR**, il faut un commencement pour tout & **V. A. I.** dont tout le monde admire

les connoissances & les lumières, fait trop bien,
qu'il faut commencer par cultiver l'esprit, quand on
veut se rendre capable de servir utilement sa patrie;
qu'il faut apporter dans les emplois, le savoir & les
sentimens nobles & élevés & qu'enfin il faut y joindre
la pratique, qui ne sauroit manquer de réussir,
sous le yeux d'un aussi grand Prince que V. A. I.
& dont la connoissance des affaires publiques est si
consommée. Oui, MONSEIGNEUR,
je suis penetré de joie quand je considère le bonheur
dont ma patrie a joui depuis qu'elle est sujette à
VOTRE AUGUSTE MAISON,
& que j'envise l'avenir qui ne le cedera pas au
tems passé. Le GRAND PIERRE
VOTRE AIEUL, ce grand guerrier, ce
Pere des sciences & des beaux arts & par consequent
le Pere & le defenseur de ses peuples;
NOTRE AUGUSTE IMPERATRICE, digne Fille du plus grand Prince, &
enfin

sal

Ex

enfin V. A. I. digne Successeur d'une Princesse
si adorable; **VOUS, MONSEIGNEUR**
qui, issu d'un sang si illustre, possedez tous les
grands talens à un degré si eminent. Je suis pene-
tré, dis je, de ce bonheur & je reconnois comme
je dois la grace que le ciel m'a faite de me faire
naître dans des circonstances si heureuses & dans
une patrie, que je prefererois à toute la terre si j'a-
vois à choisir. Plus je suis persuadé de cette veri-
té, plus je m'efforce de donner des marques de ma
reconnoissance, proportionnées à la vérité à mes
forces, c'est à dire fort peu considerables, mais
aussi, bien au dessous de ce que je souhaite. Ce-
pendant **MONSEIGNEUR**, daignez
recevoir les hommages que je me sens obligé de
vous rendre par la presente; daignez recevoir
cette dissertation que j'ose mettre aux piés de
V. A. I. Un regard favorable de **V. A. I.**
& sa bonté reconnue donneront à cet écrit le prix
qu'il n'a pas. Je n'est considerable que par la gloi-

re

re qu'il aura d'être agréé de V. A. I. comme l'interprète de ces respects & de cet attachement inviolables que j'aurai toute ma vie pour l'Auguste Personne de V. A. I. Je m'estimerai l'homme le plus heureux du monde si à présent, que j'ai fini le cours de mes études, je puis être en état de satisfaire ce désir & cette ardeur que j'ai de prouver le zèle & la soumission avec laquelle je ferai jusqu'au tombeau,

MONSEIGNEUR

DE VOTRE ALTESSE IMPERIALE

Halle ce 19. d'Août

1752.

le plus humble & le plus obéissant
serviteur

GEORGE GUSTAVE BARON DE MAYDELL

DE LA LIVONIE.



DISSERTATIO IURIS CRIMINALIS
DE
IVSTIS POENAM MITIGANDI
CAVSIS IN CRIMINIBVS.

§. I.



Delicatum vel auctori potest imputari *criminis*
vel non. Casu priori *crimen* no-*definitio*
minamus.

Non defuntur, quibus eadem, quae nobis, *criminis auctoritate*
notio hæret. Duos laudasse sufficiat Cel. ENGAVIVM LL. atque
in Elem. Iur. Crim. Lib. I. §. 14., & Præceptorem ad ci- DD. firma-
neres usque Colendum D. NETTELBLADT in Syst.
elem. univ. Iur. positiv. Tom. 2. §. 443., ubi delicta di-

A vedit

Dissertatio Iuris Criminalis

vidit in *delicta in specie sic dicta & crimina*, hæc vocans,
 quæ dolo vel culpa sunt commissa. Quid, quo^{lo}, hoc
 est aliud, quam dicere, *crimina esse delicta*, quæ au-
 tori possunt imputari? Ius romanum in definiendo in-
 ter *delicta & crimina* discriminé obscurum atque incer-
 tum esse, ex iis patet, quæ hanc in rem differit CLA-
 SEN in proleg. cap. 2. §. 1. ad CCC. Id plerumque publica
delicta criminum nomine comprehendit, delictorum ap-
pellatione privatis relieta. Vide e. g. L. 17. §. 18. de *adil.*
edict. ubi *delictis* opponuntur *publica crimina.* Verum
 interdum & privata *delicta* vocantur *crimina* e. g. in L.
 §. 3. ff. de *pæn.* ibi: *in legibus publicorum judiciorum vel*
privatorum criminum & in L. 7. ff. de publ. jud. ubi
 mentio injicitur *criminis*, quod *judicii publici causam*
 habuit, & CRIMINIS, quod *judicii publici causam*
non habuit, *veluti furti*, *vi bonorum raptorum*, *inju-*
riarum i. e. *criminis privatæ.* Verum quidquid sit de
 hac ambiguitate, certum tamen est, *delicta* tunc
 præsertim *crimina* in jure rom. vocari, quoties ad *pæ-*
nam publicam infligendam ex iisdem agitur, quo casu
 ipsæ leges locutione: *criminaliter agere* utuntur; ubi
 vero ad *pænam* *privatam* agitur, *civiliter agere* phrasin
 legimus. Inspice hanc in rem L. ult. ff. de *furt.* §. 10.
 I. de *jujur.* Colligimus inde *crimen & criminaliter vo-*
ces Romanis fuisse usitatas, quoties ad *pænam* *publicam*
ex maleficio agebatur. Confirmant hoc non mediocriter
 laudatae LL. 1. ff. de *pæn.* & 7. de *publ. judic.* Igitur
 postquam in Germania *delicta* *privata* *publica*, & *pæ-*
næ *pri-*

de justis pœnam mitigandi causis in criminibus. 3

malitia private publicæ esse ceperunt, adeo ut agi criminis deliter possit, modo delictum auctori possit imputari, non inconvenienter dices, *crimen* esse quodvis delictum, quod pœna publicæ seu criminali persecutioni locum facit. Iam vero delictum criminali persecutioni tunc demum locum facit, si auctori suo potest imputari, id quod per se patet, & paulo post dicenda magis confirmabunt. Ex quo consequitur, a vero minime nos aberare, in ea delicti qualitate, quod nimirum suo queat auctori imputari, *criminis* rationem ponentes.

§. II.

Criminis duo sunt constitutiva nimirum a) *de-Criminis factum* h. e. factum aliquod legi pœnali contrarium, *Substantia* b) hæc eius qualitas, quod auctori possit imputari, quam *imputativitatem* vocant (§. I.). Illud *materiale*, hanc *formale* criminis appellare licebit.

1) Pone, Cajum a Titio esse interfectum; & adest *exemplis illis* factum legi pœnali contrarium h. e. delictum. Pone *præ-lustratur*, terea, factum hoc Titio minime posse imputari fortasse ideo, quod moderamine inculpata tutelæ vel furore defendatur; & criminis in eo rationem formamque desiderabis. Adde, maturo Titium consilio arma in Caium strinxisse, forte ut, quam ab eo illatam sibi putat, injuriam ulcisceretur; & habes utique, quod auctori imputes, improbum facinus, habes, quod crimen merito dicas. Finge porro, Sempronium maritum conduxisse,

A 2

quacum

quacum noctem suaviter transigeret, meretriculam. Subaudit callida malignum mariti consilium Bertha uxor. Quid agat contemta? dimissa cum maiore, ac maritus promiserat, mercede meretricula, ipsa se substernit imprudenti piaque fraudis ignaro, tenebris dolo bono patrocinantibus. Is, cum scorto sibi rem esse persuasus, uxori conjugale debitum reddit tanto cum scenore, quantum ab eo iam multis abhinc annis frustra efflagitavit misella. Hoc casu an *criminis adulterii* accusabis deceptum? neutiquam. Ecce non? voluit utique, & deliberato voluit consilio adulterari, quid? etiam adulteratus est in corde suo; nihil dolo, nihil imputativitati deest. Habe responsionem. Deest factum legi penali contrarium, quo sine crimen intelligi nequit. Maritus uxori debitum reddidit conjugale, & hoc quis delictis adnumerat? nemo certe, nedum criminibus. Cernis igitur, haec duo criminis constitutiva esse, nec delictum sine imputativitate, nec hanc sine delicto crimen confidere.

*Idem ulte-
rius expen-
ditur.*

2) Imputativitatem vero *formale* seu *formam*, delictum vero *materiale* seu *materiam* criminis appello ex veterum stylo, qui *formam* rei id nominarunt, quod eidem esse dat, specificum nimirum, h. e. quod efficit, rem esse talem & potius hujus speciei, quam alius; item *formam* nominarunt id, quod rei dat distingui atque operari h. e. quod eidem præbet differentiam specificam atque potentiam eliciendi actus enti eius speciei pro-

ei proprios. Materia vero seu materiale veteribus est conceptus rei genericus, & quod per formæ accessionem & receptionem demum efficitur ens tale h. e. hujus potius quam alterius speciei. Cel. REV SCHIVS in Syst. metaph. §. 28. in fin. §. 281. seqq. STAHL in regul. philosoph. P. 2. disp. 9. reg. 4. n. 9. & 12. Terminos hōsc corumque significatus etiam in Iurisprudentia applicabiles & neque ICtis neque legibus nostris ignotos esse, abunde docuit HARTVNG in Metaph. jurid. cap. 9. & 10. Faciamus periculum. Criminis conceptus genericus est delictum, specificus imputativitas (§. 1.). Superadde delicto qualitatem, quod auctori possit imputari, & ex delicto crimen efformasti. Imputativitas igitur criminis dat esse criminis, delictum vero recipiens est. Per imputativitatem crimen a delicto distinguitur. Imputativitas ergo dat criminis distinctio. Imputativitas crimen aptum efficit ad agendum, ad producendum nimirum effectum criminis proprium, puta obligationem ad pñnam subeundam. Imputativitas itaque criminis etiam dat operari. Rechte igitur imputativitas *formale*, delictum vero *materiale* criminis constituitur.

§. III.

Imputativitas delictum in crimen elevat (§. 1.) ei- *Gradus cri-*
que esse dat & operari, criminis quasi animam consti- *minis ex*
tuens (§. 2. Schol. 2.). Ex quo, nisi egregie fallor, *gradu im-*
prono fluit alveo, *gradum criminis ex gradu imputati-*
tativi- *assimilans.*

tativitatis estimandum esse, atque eo gravius crimen habendum, quo magis, eo levius vero, quo minus auctori suo potest imputari.

Huius principii applicatio.

Satis secundum est hoc principium, quippe ex quo quamplurima mitigantia in criminalibus derivantur, ut inferius dicenda plenius commonistrabunt. E. g. hinc perspicuum fit, quod ajunt Iuris criminalis DD., crimen, quod impetu & nulla prævia deliberatione commissum, levius esse eo, quod multa deliberatio antecessit: nempe casu hoc actio est magis libera, igitur & magis imputabilis, quam illo. Perill. L. B. de WOLFF in Philosoph. praet. universal. P. I. §. 605. sqq.

§. IV.

Dolus & culpa ex delicto crimen efficiunt. Delictum sine dolo aut culpa commissum non est crimen. Quoties vero dolo vel culpa commissum, toties in crimen incidit. Enimvero criminata sine dubio actionibus liberis minus rectis adnumeranda veniunt. Iam vero defectus actionis a reto aberrantis vel invincibilis est, vel vincibilis. Si illud: tunc penes delinquentem non stetit hunc defectum evitare (per def. ejus, quod invincibile dicitur. IDEM c. l. §. 692.). Actio igitur a voluntate delinquentis nullatenus dependens adeoque nec libera est. Cum vero non possint imputari nisi actiones liberæ (IDEM c. l. §. 528.): consequitur, ut,

de justis pœnam mitigandi causis in criminibus. 7

ut, quoties actio delinquentis defectu rectitudinis invincibili laborat, toties eidem non possit imputari, per consequens nec crimen appellari (§. 1.). Vincibilem igitur rectitudinis defectum crimen necessario presupponit. Hoc autem posito vel dolus ponitur vel culpa, prout nempe iste defectus vel quoad voluntatem vel quoad intellectum tantum est vincibilis (IDEM c. l. §. 701. & §. 717.). In manifestis ergo est, delictum sine dolo aut culpa commissum nunquam esse crimen. *Et hoc erat primum.*

Delictum, quod potest auctori imputari, incidit in crimen (§. 1.). Atqui omne delictum dolo vel culpa commissum auctori potest imputari: quia nimur semper est liberum: utroque enim casu adest defectus actionis a recto deflectentis vincibilis i. e. talis quem usu facultatum animæ delinquens potuisse evitare, si modo voluisse (IDEM c. l. §. 692.): quodsi ergo eum non evitavit, utique ideo non evitavit, quia noluit evitare h. e. ab ejus voluntate libera hoc dependet, quod non evitaverit. Patet igitur, omne delictum dolo vel culpa commissum incidere in crimen. *Et hoc erat secundum.*

§. V.

Omne itaque crimen est delictum dolo vel cul- *Divisio cri-*
pa commissum (§. 4.). Si dolo, *crimen verum*, si *minis in ve-*
cul-

8 *Dissertatio Iuris Criminalis*

rum & culpa, quasi crimen vocari consuevit. Crimen verum a DD. s^ep^ee simpliciter *crimen* appellatur.

§. VI.

*Doli & cul-
pa gradus* Dolus (idem dic de culpa), vel *maior* vel *mi-*
nor est, prout defectus rectitudinis actionis vel fa-
cilius vel difficilius est vincibilis. Patent hae ex
ipsis doli & culpæ definitionibus. Est enim quali-
tas, quod defectus rectitudinis actionis sit *vincibi-*
lis, formale doli & culpæ, sicut ipse defectus ma-
teriale constituit. vid. Schol. 2. ad §. 2.

§. VII.

*gradum cri-
minis effici-
unt.* Sicut cessantibus dolo & culpa crimen destrui-
tur (§. 4.), ita crimen efficitur eo *gravius*, quo *major*
est dolus vel culpa; ast eo levius, quo minor est dolus
vel culpa. Delictum ideo in crimen transit, quia
est imputabile (§. 1.); ideo vero est imputabile,
quia defectus rectitudinis actionis est vincibilis seu,
quod idem est, quia dolus vel culpa concurrit (de-
monstr. 2. ad §. 4.). Ergo dolus & culpa sunt, quæ ex
delicto crimen extruunt, idque informant. Hoc
vero posito, fieri necesse est, ut dolus vel culpa ma-
jor gravius efficiat crimen, minor vero levius.

§. VIII.

*Definitio
pæna* *Pæna* est malum physicum ob malum morale
illatum ab eo, qui inferendi jus habet.

1) Dixi

de justis pœnam mitigandi causis in criminibus. 9

1.) Dixi 1) *malum physicum*, quod alii *pænalis* vocant, explicatur.

h. e. vel vitam adimens e. g. gladius, vel corpori dolorem adferens e. g. fustigatio, vel famæ inimicum e. g. numelle, vel libertatem eundi restringens e. g. relegatio, vel patrimonium auferens e. g. multa. Hinc facilis est intellectu pœnarum in *capitales & non capitales* & harum in *corporis afflictivas, famosas, libertati noxias & pecuniarias* divisio.

2.) Dixi 2) *ob malum morale*, quod *actionis* alii dicunt h. e. propter actionem liberam legibus contraria e. g. propter furrum, adulterium &c. Quoniam vero pœna locus non est, nisi superior lege quadam pœnam statuerit, cum *jus puniendi* & ab hoc dependens *jus penas publicis* legibus determinandi Majestati in civitate merito vindicetur: consequens est, ut malum morale seu actio libera talis, quæ legi *pœnali* contraria, h. e. *crimen* requiratur. Ex quo conficio, pœnam recte quoque definiri per malum physicum ob crimen illatum ab eo, cui *jus est inferendi*.

3.) Dixi 3) *illatum ab eo, qui inferendi jus habet*, qualis in statu civitatis est Superior vel hujus vices gerens judex; in statu vero naturali etiam æqualis. G R O T. de I. B. & P. lib. II. cap. 20. §. 7. 8. 9. Cæterum malum physicum alicui immissum ob malum morale ab eo, cui *jus puniendi* non competit, non pœna sed *injuria* est.

§. IX.

Lex pœnas statuit. Cel. ENGAV in Elem. *Pœna est vel*

B

Iur. ordinaria

*vel extra-
ordinaria.*

Iur. crim. lib. I. §. 73. n. 2. Iam vero lex pœnam sta-
tuens vel simul genus pœnæ abscisse determinat, vel
judicis arbitrio determinandum relinquit e. g. utens
verbis: *Soll gestrafft werden nach Gelegenheit der
Sach; nach Ermessung des Richters; nach Rath der
Verständigen:* item: *am Leib oder Gut nach Gestalt
der Sachen &c.* Vid. CCC. art. 109. 110. 111. alios-
que passim. Casu priore pœna ordinaria seu *legi-
tima*, posteriore vero *extraordinaria* seu *arbitraria*
vocatur a Iuris peritis.

§. X.

*Mitigatio
pœnae*

Pœna *mitigari* dicitur, quoties pœna minor
infligitur, ac est ea, quam in dato casu lex expri-
mit. Igitur *mitigatio pœnae* est substitutio pœnæ mi-
noris in locum pœnæ ordinariæ (§. IX.).

*exempla tra-
ditur, est que-*

E. g. lex matrem infanticidii ream aqua perire jubet
art. 131. CCC. Parit Catharina ex stupro gravida. Ma-
ter indignata pudendum filiae puerperium, atque occul-
tandum dedecus rata scelëstis precibus, fraudulentis per-
fussionibus, minis etiam inspersis, tandem impetrat a
filia, simplice juvencula, impium matris consilium diu
perhorrescente, ut puerulum in amnem ædes præter-
fluentem tristis projiceret. Iudex, puellam juvenem a
matre seductam, non propria peccantem malitia consi-
derans, non in aqua eam suffocat, sed ad pœnam con-
demnat

de justis pœnam mitigandi causis in criminibus. II

(10) demnat minorem. KRESS ad art. 131. CCC. §. 2. n. 3.
4. CARPZ. pr. crim. P. I. q. 18. n. 45-49. OTTO
Corp. Iur. Crim. Carol. V. ad art. 131. p. 364. Hoc si
facit, pœnam mitigare dicitur. Ex his jam difficile non
est ad intelligendum, quando pœna *exasperari* dicatur,
tunc nempe, cum pena infligitur gravior, ac est ea,
quam in dato casu exprimit lex. Ab exasperatione &
mitigatione pœnarum differt pœnarum *commutatio*, con-
sistens in substitutione pœnae æqualis in locum pœnae in
lege expressæ.

§. XI.

Mitigatio pœnae vel dispensationem involvit vel *vel gratia*
non. Casu priore mitigatio *gratiae*, posteriore ve- *vel iustitiae*
co iustitiae potest appellari. *Illam solus Superior,* *illa solius su-*
banc etiam judex facit. Dispensatione legem tol-
li ejus intuitu, qui dispensationem impetrat, ter-
minum intelligenti per se pater. Leges autem
tollere solius Majestatis esse & supra judicis potesta-
tem positum, ex principiis Iuris publici universa-
lis compertum habemus. Evictum igitur est, mi-
tigationem *gratiae*, quippe quæ dispensationem in-
volvit (per def.), ad solam Majestatem seu ad Supe-
riorem, neutiquam vero ad judicem pertinere. *Et*
boc erat primum; alterum dabit paragraphus XIII.

Ita BERGERVS in suppl. ad Elec. Iur. crim. *vtraque ul-*
P. I. Obs. VIII. Ibi: Mitigatio pœnae duplex est, alia terius expli-
B 2 *catur.*

fit ex mera gratia, alia ex iusta causa: altera (prior) est solum Principis, & dicitur aggratiatio: altera (posterior) etiam a judice exercetur, & est species interpretationis &c. Nempe iudici non licet lege esse mitiori (§. sq.). Ergo nec penam lege impositam mitigare potest, nisi salva hoc fieri lege queat. Tunc vero mitigatione penae salva lege fit, si adest iusta mitigationis causa h. e. talis, quam ipsa lex vel expresse vel presumtive probat, quod posterius toties existimandum est, quoties adest circumstantia talis, qualis Superior legem cedens sine dubio pro iusta mitigationis causa fuisse habiturus, si de ea cogitasset. Et haec mitigatione penae ex iusta causa facta mitigatione iustitia dicitur, quæ, cum Legislatoris voluntati vel expresse vel presumpta conveniat, utique iudicis potestatem non superat, ut pote cuius est leges ad facta applicare menti Legislatoris convenienter. At vero Princeps legibus dominatur, quas proinde, si ipsi ita usum fuerit, tollere potest vel in totum vel in una saltem specie aut unius subjecti intuitu, nec ad justas in hac re causas adstringitur, nisi quas eidem lex nature aut Reipublicæ salus prescribit. Quodsi igitur Princeps hoc suo jure usus penam lege determinatam mitigat, nulla ejusmodi iusta causa motus, ex qua iudicem penam mitigare posse diximus: actum gratiae exerceat, & hoc etiam in causa est, cur hujusmodi mitigationem gratiae nominemus. E. g. pone, Titium, cuius in majoribus sunt optime de patria meriti, raptus vel stupri violenti criminis reum se facere, et pro

de justis poenam mitigandi causis in criminibus. 13

et profecto hæc majorum in patriam merita justam iudici pœnam ordinariam mitigandi causam non præbent, bene tamen præbere possunt Principi. Pœna itaque ob bene merita a Principe facta mitigatione non justitiae sed gratiæ mitigatione est. Cæterum mihi constitutum jam non est de mitigatione pœna ex capite gratiæ verba facere; sola mitigatione ex capite justitiæ me sollicitum habet.

6. XII.

*Index in pœnis infligendis nec durior nec mitior Iudicis officium
lege esse debet.* Pervulgatum namque est, judicem non esse supra leges, sed in earundem recta ad facta applicatione ejus officium versari. Finge autem, judicem se se vel duriorem vel mitiorem lege in infligenda pœna præstare; & utique legi morem non gerit, sed potius ea neglecta novam fibi iudicandi normam fingit ex suo cerebro, hanc suam, non Superioris legem ad factum applicans. Hoc vero absolum esse & judicis officio directe contrarium, nemo sanus non videt. Certo itaque certius est, judicem in pœnis infligendis nec duriorum nec mitiorem lege esse oportere.

§. XIII.

Index ex iusta causa poenam ordinariam mitigare potest ac debet, neque propterea a lege discedit, mitigandas circa penas

nec mitior est lege. Iudicis est applicare leges ad facta, sed tamen cum prudentia & discretivo iudicio, ita ut in applicatione non semper crudam literam sed ejusdem potius vim ac potestatem h. e. veram Legislatoris intentionem, quippe quæ legis anima est, inspiciat, atque sequatur. Pone autem, justam adesse causam, cur a legis rigore in dato quodam casu secessio fiat, e. g. pone, circumstantias concurrere prorsus singulares factum delinquentis valde excusantes, quales e. g. sunt, quas in specie §pho IO. in medium allata commemoravi; verum pone porro, judicem, nulla harum circumstantiarum ratione habita, literam legis simpliciter sequi, atque poenam ordinariam executioni dare: & profecto male eum judicare nemo non dixerit. Enim vero dum legis literæ tenaciter inhæret, a Legislatoris voluntate quam longissime aberrat. *Sine distinctione legem applicare est eandem absurdē immo aliquando etiam impie atque perverse contra intentionem Legislatoris applicare*, sunt verba KRESSII ad art. 150. CCC. §. 5. n. 1. Finge, Imperatori fœminis infanticidii reis culei supplicium scribenti, aut incendiarios ad feralem rogum condemnanti adfittare, qui eundem de incendiario moneat, vilem causam a pago remotam & ab hominibus vacuam exurente,

turente, aut Catharinam narret, infantem recens natum amni tradentem, additis circumstantiis §. 10. recensitatis: & quid putas ad hæc Imperatorem? næ is imperitum increpabit judicem tali casu legis rigor locum dantem, næ talem docebit, se de casu ordinario sentire, nolle autem, ut sua Nemelis etiam illum feriat, pro quo circumstantiæ excusationem inferentes eaque prorsus singulares, a se nec prævisæ nec cogitatæ militarent. Rebus ita comparatis, extra dubitationis aleam positum est, judicem ex justa causa posse quid? etiam debere poenam ordinariam mitigare, nisi suo velit officio deesse. *Dedi unum.*

Iudex ex justa causa pœnam ordinariam mitigans ad Imperantis sese voluntatem magis, quam ad verba legis accommodat (per mox demonstr.). Iam vero non litera, sed Imperantis voluntas legem facit. Consequitur ex his, ut iudex ex justa causa pœnam mitigans a legis quidem litera, neutiquam vero ab ipsa lege discedat, adeoque legis quidem litera, ast non ipsa lege existat mitior. *Dedi & alterum.*

Possem, si ad institutum faceret, iisdem fere verbis etiam hoc probatum dare, iudicem ex justa causa pœnam ordinariam exasperare aut commutare posse ac debe-

debet, neque tamen ideo a lege recedere aut lege esse duriorem. Nimirum pena ex justa causa facta mitigatione (idem de exasperatione & commutatione dictum velim), est quedam interpretationis, logicæ scilicet, species teste BERGERO in Elect. Iur. crim. Obs. VIII. p. 417. Enimvero iudex ex perspecta legis ratione causum rite determinat, quem ante oculos Legislator habuit sanctionem penalem scribens, quo facto denum legis vim ac potestatem h. e. veram Legislatoris mentem ac genuinum legis sensum callet. Deinde ad præsentem speciem animum adferit, circumstantias omnes prudenter pensitat, & si quas deprehendit prorsus singulares meritum cause vel augentes vel extenuantes, de quibus credibile non est, Principem, de pena definita sollicitum, sensisse aut cogitasse, relicta legis litera Legislatoris mentem secutus penam determinat vel duriorem vel leniorem, ac est ea, quam lex conceptis verbis loquitur. Iam vero logicam legis interpretationem, suadente rationabili atque justa causa factam, judicis officium non exceedere, sed eidem proprium ac domesticum esse, & apud omnes Iuris peritos in confessio est, & claræ hoc innuant leges e. g. l. n. pr. l 13. 16. §. 1. l. 42. ff. de pen. art. 104. 179. CCC.

§. XIV.

Mitigantia sunt *Mitigans* dicitur qualibet circumstantia efficiens penam mitigari (§. 10.).

E. g.

de justis panam mitigandi causis in criminibus. 17

E. g. secundum Carolinam furtum, si quod magnum vel qualificatum vel terium reiteratum commissum, laqueum habet vindicem. Sempronius adolescens minor XIV. annis ejusmodi furii accusatur, convincitur. Num in fuream & malam crucem ire jubebitur miser? negat eadem Carolina art. 164., propter etatis nimirum lubricitatem & cum hac conjunctum perfecti judicij dolique defectum. Furis igitur impuberis imperfectam aeratem mitigantibus recte adnumerabis, quia efficit, pœnam furto ejusmodi ex legum dispositione alias responsum mitigari.

§. XV.

Mitigantia vel *gratiæ* vel *justitiæ* sunt, prout *vel gratiæ* vel post se trahunt mitigationem *gratiæ*, vel mitigationem *justitiæ* (§. 11.).

Nobis de mitigantibus *justitiæ* hoc loco tantum est sermo. Porro ea solum crimina pro objecto habemus, quibus pœna ordinaria respondet (§. 9.). In iis enim criminibus, quæ pœna extraordinaria manet, propriæ mitigantia non dantur: siquidem mitigantia mitigationem pœnae efficiunt (§. 14.), hæc vero exceptionem a regula h. c. a pœna ordinaria constituit (§. 10.). Iam vero in delictis pœna extraordinaria coercendis nulla adest ejusmodi regula seu pœna ordinaria. Ergo in his etiam nulla fieri exceptio a regula seu a pœna ordinaria potest. Ergo in his nec mitigatio nec mitigationia propria dantur.

C

§. XVI.

§. XVI.

Item vel communia vel propria, Mitigantia porro sunt vel *communia* vel *propria*, & illa iterum vel *omnium* criminum *communia* vel *quorundam* tantum; prout nempe vel in omnibus criminibus vel in quibusdam vel in uno tantum pœnae ordinariae mitigationem operantur.

E. g. simplicitas atque imperfecta ætas sunt mitigationia omnium criminum communia. Conjugis vero diuturna absentia & ob hanc diu deficiens carnalis copulæ occasio pœnam quidem mitigat in crimen adulterii & bigamie, neutquam vero in crimen furti, incendi, latrocini &c. Denique cuse falsæ moneta expensio vel intermissa, vel in exigua quantitate præsertim in ludo facta ex plerorumque DD. sententia pœnam ignis fabricatoribus falsæ monete in art. III. CCC. dictam mitigat, quod mitigans criminis falsæ moneta proprium est. Cæterum ego in eo jam sum, ut generales regulas tradam, ex quibus mitigationia tam communia, quam propria desumantur.

§. XVII.

Pœna conatus minor perperam mitigata dicitur. Quoties crimen non est consummatum, toties quidem pœna ordinaria regulariter locum non inventatur, sed mitior: perperum tamen hec circumstantia ad mitigationia refertur. Legislator pœnam, quam criminis cuidam vult respondere, definiens in mente

te habet illud crimen, cuius pœnam jam definit (id quod per se clarum). Ergo factum tale præsupponit, cui conceptus illius criminis, in cuius pœna determinanda jam occupatus est, competit: cui enim facto conceptus hujus criminis non competit, id non est hoc crimen, sed aliud (per regul. log.). Atqui vero si crimen non est consummatum, tunc aliquid desideratur, quod substantiam criminis ingreditur (per definit. criminis non consummati). Si autem hoc: certum est, criminis, de quo Legislatori sermo, conceptum de tali facto prædicari non posse. Ergo prorsus non adest crimen, de quo agit Legislator pœnam ferens. Quid igitur mirum, si, cessante subiecto legis, & prædicatum cesset, pœna nempe lege expressa seu ordinaria? *En primum.*

Quodsi crimen non est consummatum, sed tamen vel attentatum vel inchoatum: tunc malus delinquenti animus in actus externos jam erupit (per hypoth.). Ergo jam adest aliquid criminis non impune abituri, sed tamen totum illud crimen non adest, quod adeste præsupponit lex pœnam ordinariam definiens. Ergo nec pœna locum reperit, huic criminis ex æquo respondens, quæ ergo? certe non major: secus enim conatus criminis, cæteris

paribus, pejor foret ipso crimine consummato, id quod per se absurdum. Reliquam igitur fieri pœnam minorem necesse est. *En secundum.*

His licet ita positis, dubio tamen caret, posse Legislatorem ob criminis atrocitatem & securitate publica ita postulante sancire, ut vel solum delinquendi conatum in actus externos jamjam erumpentem pœna maneat ordinaria, quale quid in perduellione obtinere novimus. Quo factō nemo sanus non affirmabit, parendum esse legis rigor, crimen tametsi non consummato. Lege autem hunc rigorem claris verbis non præcipiente, insitendum est regulæ, solum conatum pœna ordinaria non esse coercendum, idque partim ob ea, quæ in demonstratione secunda dicta, partim ob regulam Iuris criminalis peritis notissimam, in dubio mitiorem esse tenendam. Patet jam, recte me dixisse, ob crimen non consummatum pœnam ordinariam non obtinere sed mitiorem, sed hoc tantum *regulariter*: nimirum hæc propositio tantum regulam constituit, quæ exceptionem patitur: nisi Princeps expresse aliud sanxerit. *En tertium.*

Mitigans est, quidquid efficit, pœnam mitigari (§. 14.); tunc vero pœna mitigari dicitur, quo-
ties

de justis pœnam mitigandi causis in criminibus. 21

ties pœna minor infligitur, ac est ea, quam in *dato casu* lex exprimit (§. 10.). Ex his resultat, tunc demum *mitigans* posse nominari, si datus *casus* vel *datum crimen* est *casus* vel *crimen illud*, de quo lex agit pœnam exprimens. Iam vero quoties *crimen* non est consummatum, toties non adest *casus seu crimen*, de quo lex loquitur pœnam exprimens (per demonstration. prim.). Ergo tunc, etiam si pœna ordinaria minor obtineat, tamen *mitigans* non potest nominari; *En quartum.*

Perperam itaque loquuntur DD., qui *mitigantia* e.g. *Idem ultius offenditur.* in furto determinaturi his accensent deficientem ablacionem rei, eo quod fur, quo minus eam auferret, fortasse a superveniente domino fuerit impeditus, aut *mitigantibus* in adulterio deficientem carnalem copulam aut seminis immisionem. His enim deficientibus prorsus non adest furtum vel adulterium, cum, cui non competit definitio, ei nec competat definitum. In his igitur *casibus* pœna ordinaria non ideo cessat, quia adest *mitigans*, sed potius ideo, quia nequidem adest species illa, de qua lex, sed alia ab hac diversa. Itaque pœna minor criminis non consummato respondens non tam pœnam *mitigata* dici debet, quam potius pœna alius criminis. Hi DD. similes mihi videntur iis, qui a regula, quam posuerunt, exceptiones allaturi in medium, huc *casus* transferunt sub genere *casuum*, de quibus regula concepta est, ne quidem comprehensos, qualia exempla si volupe esset,

iisdem recensendis tempus terere, minime essent defutura eis, dum regulam enunciant: *casum nemo praefat, mox addunt: excipe, nisi culpa antecesserit aut mora, non intelligentes, tunc vere casum non esse, si culpa vel mora præcesserit: casus quippe non debet posse imputari.* Id genus exceptiones pleno Logicus cachinno excepit, & merito quidem. Quid enim hoc est aliud, quam dicere: *omne animal vivit & sentit, excipe plantam?* Fiat jam applicatio. Index pœnam mitigans vere secessionem ac exceptionem a regula facit, dum pœnam irrogat minorem ea, que alias & regulariter in dato casu obtiner, & hic & nunc quoque obtentura esset, ni peculiaris quedam circumstantia ex accidente criminis superveniens aliud suaderet. Quoniam itaque mitigatione pœnæ exceptionem a regula conficit, consequitur, ut tunc demum vera mitigatione aut verum mitigans queat appellari, cum adeo crimen sub regula seu lege comprehensum. Tale vero certe non adeo, quoties crimen non est consummatum. Ergo tunc mitigationis atque mitigationis notiones desunt. Ergo & a terminis hisce merito abstinentur. Iterum laudare juvat BERGERVM, qui cit. obs. VIII. eleganter in hæc verba: *mitigatio pœnae, qua a judice exercetur, & species interpretationis est, fit justis de causis, quae fudderunt EXCEPTIONEM a regula.*

Idem dicendum de corpore delicti incerto,

§. XVIII.

Quoties crimen est consummatum quidem, sed tam men

men de corpore delicti non certo constat, toties pœna minor quidem dictanda, nihilo tamen secius hæc circumstantia perperam mitigantibus adnumeratur. Po- ne, de corpore delicti non certo constare; & utique non constat de veritate existentiae delicti (Illi. IO. SAM. FRID. BOEHMER in Elem. Iur. crim. Sect. I. §. 97.). Ergo, cum non esse & non apparere in moralibus idem sint, perinde erit habendum, ac filii actus, qui ad constituendum delictum requirun- tur, de quorum vero veritate ac existentia non cer- to constat, prorsus abessent; per consequens idem erit, quod esset futurum, si delictum non esset con- summatum. Hoc autem supposito pœna ordinaria non potest non cessare, & minori locus dari (§. 17.). Suffragatur huic sententiae Carolina art. VI. in ver- bis: *Darzu soll auch ein jeder Richter sich erkundi- gen und fleißig Nachfragens haben, ob die Missethat auch geschehen sey oder nicht, i. e. judex debet so- licite investigare corpus delicti, quippe sine quo nequidem quaestioni aut speciali inquisitioni ex In- terpretum mente locus datur, nedum pœnæ ordi- nariae, fortasse capitali.* KRESS ad art. VI. cit. §. 5. Neque tamen propterea hæc circumstantia ad mitigantia referenda est, id quod eodem profus modo probatur, quo idem (§. 17. in demonstra-
tione

24 *Dissertatio Juris Criminalis*

tione ultima & huic subjuncto scholio probatum cernitur.

§. XIX.

nec non de Quoties Legislator penam ordinariam prescri-
quasi crimi-bens præsupponit, commissum esse verum crimen, to-
ties delictum, si quod tantum culpa commissum h. e.
quasi crimen, pœna minore est coercendum; neque
tamen propterea hoc circumstantia in mitiganib[us]
est. Pone, Legislatorem de vero criminis sentire,
Cajum vero tantum culpa lapsum peccasse; & uti-
que non adest crimen, de quo Legislatori in lege
ad factum præsens jamjam applicanda est sermo. Ex-
go absurdum esset, eam legem ad præsens factum
applicare, absurdum, pœnam in hac definitam di-
ctare. Dictanda igitur est alia, eaque non major;
secus peior efficeretur culpe, quam dolii conditio,
quod iterum foret absurdum: sed nec dictanda est
æqualis, quia non æquale est crimen, cum dolus
sine dubio majorem imputativitatem habeat, ma-
joremque in reo arguat malitiam, quam culpa (§. 3.)
Verum nec dictari nulla pœna debet, cum delicta
culpa commissa vere auctori imputari possint, (Per-
ill. L. B. de WOLFF Philos. præc. universal. Tom.
I. §. 722.), adeoque vere sint crimina (§. 1.). Re-
liquum

liquum ergo sit, ut pœnam ordinaria mitiorem irrogandam esse dicamus. Quod vero hanc circumstantiam in mitigantibus esse negaverim, hujus rei eadem reddi ratio potest, quam in simili casu suppeditavi supra §. 17. in fin. & schol.

1) Mitigantium nempe hæc est genesis: Legislator *Mitigan-*
pœnas condens cuivis crimi*nis* responsuras ante oculos *tium origo*
haber casum ordinarium, seu tantum cogitat de circum- *ac indoles*
stantiis, quibus crimen, de quo jam agit, ut plurimum
substare solet. Quodsi postea contingat, aliquem illo
sele crimine obstringere, concurrente tamen prorsus sin-
gulari quadam circumstantia crimi*nis*, non parum detra-
hente nec apta, ad quam legis rigor queat applicari:
tunc negari quidem non potest, adesse crimen sub lege
comprehensum h. e. tale, cui definitio criminis, de quo
lex, competit; hoc rati*on* non obstante non ordinaria
sed mitior pena reo dictanda est: quia nimurum præsu-
mendum non est bonus Princeps voluisse, ut etiam tunc
legis severitas obtineat, ubi singulares eidem circum-
stantiæ resistunt. Legislator igitur regulam præscribit,
relicta judici facultate ab eadem exceptionem faciendi,
quoties hanc singularis quedam circumstantia postula-
verit. Et hinc pœnarum mitigationes (exasperations
& commutations) ad unam omnes. Hæc proinde veræ
sunt exceptiones a regula a judice ex iusta causa factæ.
Igitur presupponunt, adesse casum legis, secus non ve-
ræ exceptiones futuræ. Quoties ergo casus legis pror-

us non adest, tories ineptum est, mitigantis ejusdam
hoc effectum dicere, quod pena ordinaria cestet. Po-
tius tunc adest alius casus, aliud crimen, alia pena, ad
presentem legem penitus non pertinens, sed ad aliam.
Et quis quofo Logicus probabit hunc excipiendi mo-
dum: *omnis homicida dolosus capit is damnetur, excipe*
non dolosum? milii crede, probabit nullus. Atqui in
hunc ipsissimum excipiendi modum incidit, qui, dum
lex de vero criminis sentit, mitigantibus adnumerat cir-
cumstantiam, quod quis non verum sed tantum quasi
crimen commiserit.

Legislato
de vero cri-
mine sensisse
in dubio
presumitur.

2) Cæterum nosse si cupis, an Legislator penam pre-
scribens de vero crimine senserit nec ne, ad verba velim
attendas, quibus usus est, quæ si doli aut dolosi quid
indicant, de vero crimine penalem sanctionem esse in-
telligendam pro certo habeas (§. 5.). Huc refero ver-
ba Carolina usitata: *Fürsätzlich und freuentlich, mit*
Wissen und Willen, boshaftig, mutwillig, baslicher Weis
&c. Quando vero quasi criminis meminit Carolina,
utitur verbis: *aus Unfleiß oder Unkunst und doch unfür-*
fetzlich art. 134. 180. Vngefärblich aus Geilheit oder
Unfürsichtigkeit, doch wider des Thaters Willen art. 146.
&c. Sed quid, si Legislator a verbis dolum aut culpam
sonantibus sele penitus abstinet? an tunc etiam delictum
culpa commissum legi comprehendisse, penaque ordina-
riæ subiecisse censendus est? Hoc ego quidem non cre-
do, neque alios facile puto credituros. Tam certum
quippe

quippe est, quam quod certissimum, auctori magis imputandum venire delictum dolo malo & præludente intellectu ac decernente voluntate patratum, quam ex sola culpa, adeoque nec a sciente nec a volente commissum. Permissill. L. B. de WOLFF c. l. §. 705. 732. Iam vero cum non gradus criminis ex gradu imputativitatis estimandus sit (§. 3.), dubio caret, delictum dolo commissum maius esse crimen, quam id, quod ex culpa profectum. Atqui majus crimen ut major quoque poena maneat, minor vero crimen minus, hoc & velle censendus est bonus Princeps, & sana postulat ratio, & ipse pena conceptus suggestit, utpote quæ malum physicum est ob *malum moralum* i. e. ob *crimen illatum* (§. 8. schol. 2.). Brobat hanc nostram interpretandi regulam ipse Carolus V. Imperator, articulo 146. sic Nemelcos hæc inferens verba: *Dennoch ist mehr Barnherrigkeit bey solchen Entzüungen* (idem dicendum & de aliis criminibus ob *parvitatem rationis*), *die ungefährlich aus Geilheit* (ex lascination via seu petulenta) *oder Unvorsichtigkeit*, doch wider *ambades Theters Willen geschehen*, zubaben, denn was arglistig und mit willen geschickt. Item in art. 180. commentariensis, qui sciens ac volens seu dolose reum caput privum e carcere dimissum libertati restituit, durissimæ talionis pœnae obnoxius fit; ast secus omnino se res habere dicitur, ubi ejus tantum culpa ac negligentia clappus est reus.

3) Interpellabis, culpam latam dolo utique æquiparari per claram l. 226. de V. S. ibi: *magna culpa dolus est.* Item per l. 32. ff. depositi; ubi N E R VAE sententia: *latiorem culpam dolum esse,* verissima viderur C E L S O. Ergo delictum saltem ex lata culpa profectum pœnam ordinariam non effugiet. Resp. distingue, & concordabit scriptura. Lata culpa dolo æquiparatur in materia contractuum & quoties civiliter ad interesse privatum & damni resarcitionem agitur, hoc concedo; sed idem nego ac pernengo, quoties in materia delictorum versamur, & quando ad pœnam infligendam agitur. Lex 32. cit. expresse de damno culpa lata in deposito dato & de hujus resarcitione agit. Prior vero lex, quamvis indefinite enunciatur, *magnam culpam dolum esse,* tamen universaliter accipienda non est, sed cum restrictione a nobis adjecta, quam ni subintelligas, antinomiam non evitabis. Certe alia omnia discimus ex l. 7. ff. ad L. Cornel. de sic. ibi: *nec in hac lege culpa lata pro dolo accipitur;* nec non ex l. 3. §. ult. ff. & l. ult. C. de suspect. tut. Laudata lex 226. in dieteriolis locum sibi vindicat, quorum mentita universalitas limitationibus prius temperanda est, quam sibi possint constare. Nec talia in titulis de V. S. & R. I. sunt infrequentia. Memini, B. HEINEC CIVM a DD. identidem reprehendi, quod hocce cadauco principio haud dubie subinxus in sic dictis quatuor contractibus infamantibus ex lata culpa condemnato in-

to infamiani inuratur. Certe ex l. 7. §. 1. ff. *de suspect. int.* ad quam magna cum fiducia in §. 306. n. 2. Inst. pro vocat, id non evincit, utpote ubi tutorem ob latam negligentiam suspectum removeri quidem oportere dicitur, sed de infamia eidem inurenda ibi ne verbum quidem. Vid. CARPOZOVII *præl. crim. quest.* 18. n. 17. *seqq.* ubi nostra sententia tribus præjudiciis confirmatur.

§. XX.

Sicut generatim legum omnium, ita specia- *Finis pœna-*
tim legum pœnaliū adeoque etiam ipsarum pœ- *rum triplex*
narum finis ultimus est salus & securitas publica
(per prin. Iur. pub. univ.). Hæc vero per pœnas
obinetur 1) si unius pœna metus fit multorum, h e.
si alii alieno deterriti malo sapiunt, potius ab-
stenturi, quam sustenturi, qui finis *exemplaris* vocari
confuevit, & pœnarum omnium communis est. 2).
Si is, qui punitur, emendatur, qui finis pœnarum
non capitalium proprius est, & *emendatrix* vocari
solet. Nullo enim modo magis a vitiis abduci quis
potest, quam si dolore atque tædio quodam subse-
quente saporem amittant dulcedinis. 3). Si e me-
dio tollitur incorrigibilis: partim quia expedit mori
ita corruptis animo, ut ad sanitatem perduci
nequeant; partim quia ejus interitu a fœdissimo

carcinomate Respublica purgatur, qui finis pœnaru-
m capitalium est.

*testimonio
Seneca stabili-
litur.*

Hanc finium pœnarum enumerationem Senecæ debe-
mus, cuius in hanc rem verba ex GROTI de J. B. & P.
Lib. II. cap. 20. §. 13. n. 2. recitabo. Sunt autem hæc :
in vindicandis injuriis (quo nomine etiam alia delicta
veniunt), *hæc tria lex secuta est, que Princeps quoque*
sequi debet: ut aut a) cum, quem punit, emendet, aut
*b) ut pœna eius ceteros meliores reddat, aut c) ut subla-
tis malis securiores ceteri vivant.* Ceterum hic ultimus
pœnarum finis, qui per pœnas capitales intenditur, pro-
prio adhuc nomine, quantum ego quidem scio, caret,
eoquod ad hunc finem plerumque animum non adver-
tant DD, in definiendis pœnarum finibus occupati. For-
tasse posset finis *liberatrix* appellari, quia nimis per
pœnam capitalem intuitu ejus, qui punitur, hoc imme-
diate & proxime intenditur, ut, qui ita pœnit nequi-
tiam, suisque immiscerit visceribus, ut nisi cum ipsis
exire non possit, per mortem saltem, quoniam aliter
fieri non potest, malitia vinculo liberetur, ut eleganter
ex STOBÆO & SENECA, KRESSIVS perorat ad art.
150. CCC. §. 5. n. 2. Intuitu Reipublicæ vero itidem li-
beratio quedam intenditur, hæc nempe, ut a nequissima
mente repurgetur. Disce ex haec tenus dictis, finem pœ-
narum quemcumque ad futura crimina impedienda diri-
gi: neque enim quod iam patratum est, impediri amplius
potest. *Nemias prudens punit, si qua peccatum est, sed*
ne pec-

de justis pœnam mitigandi causis in criminibus. 31

ne peccetur; revocari enim præterita non possunt, futura prohibentur; porto; nec unquam ad futurum pœna resertur: non enim irascitur, sed cavit, Platonis effatum est a GROTIÖ relatum l. c. §. 4. n. 1. Hinc puniri crimen commissum nunquam posset, quoties, hoc impunito manente, metuendum non esset, ne vel delinquens vel alii impunitatis spe allecti simili crimine imposterum se obstringant. Tunè enim cessante in totum fine pœnæ etiam ipsam pœnam cessare necessum foret.

§. XXI.

Punibile seu fundamentum pœnæ nobis dicitur *Punibile seu id*, ex quo tanquam causa impulsiva intelligi potest, *funden-* cur Legislator in dato casu poenam ordinariam dari *tum pœnæ* *quid?* executioni velit.

Dixi: tanquam causa *impulsiva*. Hoc enim punibile & finis pœnæ differunt, quo causa impulsiva & finalis, *Idem ulte-* *rius expli-* Nimurum causa finalis actionis est, quod per actionem intenditur, *catur* ut sit: impulsiva vero in determinandam actionem influit, *quia est*. E. g. cum pœna capitalis prædonibus immittatur, hujus causa est salus & tranquillitas publica utique non ideo, quia existit, sed ut existat & conservetur imposterum h. e. salus publica in pœnas determinandas influit ut obtainenda, neutiquam vero ut jam obtenta (§. 29. ibique schol.). Igitur salus & tranquillitas publi-

publica sunt pœnae prædoni infligendæ causa finalis. At vero dolus prædonis &, cuius reum se fecit, violata per rapinas publica securitas sese pœnae intuitu habent per modum causæ impulsivæ: nam utique prædoni pœna ordinaria non ideo dicitur, ut sit in dolo, vel ut & in posterum publicam violet securitatem, sed potius ideo, quia est in dolo, & quia rapinas exercendo publicam securitatem aetu jam violavit, quam publicæ leges regulariter cuvis promittunt ubique locorum.

§. XXII.

Punibile est crimen, quod quis commisit, adeoque constituant delictum & hujus imputativitas punibile constituant. delictum Punibile est, quod Legislatori pœnam ordinariam scribenti causa impulsiva existit (§. 21.). Atqui crimen commissum Legislatori pœnam ordinariam scribenti causa impulsiva existit, id quod ex ipsa pœnae definitione pater, utpote quæ est malum physicum ob malum morale h. e. ob crimen commissum illum (§. 8.): neque enim Legislator pœnam ordinariam esset irrogaturus, nisi commissum a reo esset crimen illud, cuius intuitu pœnam a se definitam jussit esse ordinariam. Recte igitur crimen, quod quis commisit, punibile seu fundamentum pœnae dicitur. Habe tibi primum.

Puni-

Punibile est crimen, quod quis commisit (per
mox demonstr.). Atqui delictum & hujus imputa-
tivitas crimen constituant (*§. 2.*). Ergo delictum
& hujus imputativitas punibile recte dicuntur. *Ha-*
be tibi & alterum.

Exemplum præbet rapina in schol. *§. 21.* Monen-Due obser-
dum præterea est, loco imputativatis *dolum* posse no-*vationes*.
minari. Nam in materia de mitigantibus de veris crimi-
nibus nobis præcipue sermo est, quia his, non item quasi cri-
minibus regulariter pœna ordinaria responderet: per con-
sequens in quasi criminibus proprie mitigantia non dan-
tur (*Schol. ad §. 15.*). Iam vero impunitavitas in ve-
ris criminibus semper ex dolo est (*§. 5.*). Cæterum
quod ad delictum, alterum punibilis constitutivum, atti-
ner, in materia de mitigantibus plurimum refert scire,
ad quam facti illiciti circumstantiam Legislator in pœ-
na ordinaria definienda quam maxime respexerit, cui
admonitioni perquam utili ut claritas concilietur, duo-
bus rem illustrabo exemplis. In furto magno punien-
do Imperator Carolus V. maxime respexit ad damnum
furto datum, 5. solidos (aureos) adæquans, vel (quod po-
sterius praxis requirit), excedens, id quod patet ex verbis
Carolinæ: *dennoch angeschén die Grasse des Diebstahls*
item: in solchen Fällen muss man anschén den Werth des
Diebstahls item: *und wie schädlich dem beschädigten*
der Diebstahl seyn mag. Vid. art. 160. Igitur punibi-
le in

le in furto magno ita enunciandum est, quod sit *damnum furto doloso datum s. solidos uide quam vel superans*. At vero in puniendo furto qualificato, a fure armis lethiferis instructo commisso, Imperator maxime respexit ad lesionem ex vi armorum, que fur eum in finem induit, ut sibi forte deprehenso resistentibus violenter manus inferret, metuendam id quod verba Carolinæ: *so ist in dem Dicbstabl, der mit Waffen geschickt, eine Vergewaltigung und Verletzung zu besorgen.* Daturum (h.e. ideo, quia lesio a tali furc metuenda) in die-
sem Fall der Mann mit dem Strang &c., manifestum dant. Vid. art. 159. Igitur punibile in furto hoc qua-
lificato ita enunciandum erit, quod sit *periculum lesioni conjunctum cum furto doloso, commisso a fure armis lethiferis instructo*.

§. XXIII.

Regula de *Quoties in dato casu quadam punibile seu fundamen-*
mitiganti-
bus spurciis. *tum pæna nihil deest, et etiam finis pænae ordinariae obtentibilis est, toties mitigatio pænae ex capite iustitiae exulat.* His enim positis, a) adest id, quod Legislator pœna ordinaria punitum vult, nimirum crimen, quod punibile seu fundamentum pœnæ ordinariæ constituit (§. 21. 22.): Sed etiam b) adest id, propter quod hoc vult, nimirum finis pœnarum omnium communis salus & securitas publica pro-

mo-

movenda (§. 20.). His autem positis non potest non poni efficax Legislatoris voluntas de pœna ordinaria criminoso imponenda. Iam vero cum iudici integrum non sit a Legislatoris voluntate vel latum unguem discedere (§. 12.): consequens est, ut tali casu existente non possit non pœna ordinaria a judice dictari. Et pone, eam non dictari, sed miriorum; & utique judex a Legislatoris voluntate manifeste discedereret, adeoque hæc non justitiæ sed gratiæ mitigatione foret (§. 11.). Patet igitur pœnæ mitigationem ex capite justitiæ in posita hypothesi omnino exulare.

§. XXIV.

Quoties finis pœnæ ex parte jam est obtentus, vel Regula de aliunde ex parte cessat, vel quoties adest aliquid, quod mitigantibus veris. punibile valde extenuat; toties mitigatio pœnæ ex capite justitiæ locum habet. Fine obtento vel aliunde cessante & media cessare debere, utpote quæ sunt propter finem & in gratiam finis obtinendi, in vulgus notum est. Ergo fine tantum ex parte obtento vel aliunde cessante, etiam media tantum ex parte cessare necesse est. Media nempe faciunt ad finem obtinendum, & hinc exigentia finis debent esse proportionata. Quare, fine tantum ex parte cessante aut obtento,

non possunt nulla adhiberi media: quia alias agens finem, quem sibi propositum habet, non consequeretur ex esse. Sed nec omnia media opus est adhibere, quæ adhibenda essent, si totus finis adhuc esset obtinendus: quia tunc pro minore finis exigentia minora sufficiunt media. Reliquum igitur est, ut, fine tantum ex parte cessante aut obtento, etiam media tantum ex parte cessent. Fiat jam applicatio ad pœnas. Finis pœnarum est, partim ut criminis animus emendetur, aut, si emendabilis non est, ab eo Respublica liberetur, partim ut alii a simili delicto committendo absterreantur (§. 20.). pœnae ipsæ media sunt ad hosce fines obtinendos apta atque ordinata (§. cit.). Pone igitur, finem pœnae ordinariae ex parte jam esse obtentum aut ex parte aliunde cessare; & utique etiam pœna ordinaria ex parte cessare debebit, & hoc quidem justa de causa & ex Legislatoris mente: quia nimis tunc pro minore finis exigentia etiam minor pena sufficiens est, ad quam pœnae sufficientiam respexit prudens Legislator omnino censendus est. Iam vero quoties minor pœna substituitur in locum ordinariæ, & hoc quidem ex justa causa & menti Legislatoris convenienter: toties mitigatio ex capite iustitiae dicitur (§. 10. 11.). Ergo quoties finis pœnae ex

de justis pœnam mitigandi causis in criminibus. 37

næ ex parte jam est obtentus aut aliunde ex parte cessat, toties mitigationi ex capite justitiae locus est. *Didicisti primum.*

Punibile est ratio & causa impulsiva, cur Legislator pœnam ordinariam dari executioni velit (§. 21.). Finge jam, adesse præter ordinem, quod punibile valde extenuet; & utique ex parte cessat illa ratio & causa impulsiva, quæ Legislatorem ad pœnam ordinariam scribendam determinavit, impulitque. Ergo etiam id ex parte corruere necesse est, quod per illam rationem & causam impulsivam est, nimurum Legislatoris voluntatem de pœna ordinaria in dato casu irroganda, h. e. necesse est, ex parte corruere ipsam pœnam ordinariam. Habet igitur justam in tali casu pœnam ordinariam mitigandi causam. Igitur cum pœnæ mitigatio ex justa causa facta mitigatio justitiae vocetur (§. 11. ibique schol.): in aprico est, mitigationi pœnæ ex capite justitiae locum esse, quoties adeat aliquid, quod punibile valde extenuat. *Didicisti & alterum.*

Dixi in prima propositione: *ex parte.* Si enim finis pœnae ex toto jam esset obtentus, aut ex toto aliunde cel- magis illu- sare: tunc non pœnæ mitigata, sed potius nulli dandus erantur.

eret locus (Schol. ad §. 20. in fin.). In secunda vero propositione dixi: *extenuat*. Si enim adesset, quod punibile tolleret ita, ut presens factum desinaret esse casus legis, e. g. si in delinquente dolus aut in delicto necessaria quædam circumstantia e. g. ablario in furto abesseret: tunc veri nominis mitigatione descendere non foret. Vid. demonstr. ad §§. 17. & 19. Dixi porro in secunda propositione: *valde* h. e. sensibili quodam modo. Nam licet ius Naturæ omnia ad vivum resecat, exactamque penæ cum criminis proportionem postuleret, tamen in foro humano, tanta hominum imbecillitate existente, quam minima rerum discrimina faciliime effugient, tam perfecta crisis nec expectanda nec speranda est. Ceterum eorum, quæ in hoc §. diximus, exempla suppedantur sequentia.

§. XXV.

Omnia mitigantia ad unum generale principium revocessante. Ex hac tenus dictis conficio, *omnia veri nominis mitigantia petenda esse vel a punibili valde extenuato, vel a fine penæ ex parte obtento vel aliunde ex parte*

duco. Si ordinaria poena est mitiganda, quoties vel finis poenæ ordinariæ ex parte cessat, vel adest punibile valde extenuatum; eadem vero nunquam est mitiganda, quoties neque hoc neque illud est: consequi-

sequitur, ut omnia veri nominis mitigantia aut ab hoc aut ab illo principio descendant. Atqui verum est prius & quidem quod ad primum membrum (per §. 24.), quod ad secundum vero (per §. 23.). Ergo verum esse debet & posterius, nimirum omnia veri nominis mitigantia vel a punibili valde extenuato, vel a fine pœnæ ex parte cessante aut ex parte obtento petenda esse.

¶VXX

Dixi veri nominis mitigantia. Enimvero multa pro *Admonitis* mitiganibus vulgo venditari atque in scriptis criminalibus (utinam non & in foris), paßim circumferri, quæ nulla solida ratio, sed quorundam DD. cerebrum peperit, plus quam oportebat, mitē, & prudentiores queruntur, non pauci, & ego in præsentiarum monendum esse duxi. Facit hoc, ut mitigatione iustitia in mitigationem gracie non raro degeneret, invita sane sanctiore Nemesis. Quare non inutiliter operam me collocare autumo, regulas universales suppeditans, ex quibus, quasi lydium haberes lapidem, de mitigantibus cujuslibet vel veritate vel falsitate tuto ferre judicium queas.

§. XXVI.

Quoniam omne veri nominis mitigans vel a fine pœnarum vel a punibili petendum est (§. 25.), *Mitigan-* *putari* *classeis con-* *stituuntur.*

putativitatem, vel, si mavis, dolum, & materiale seu delictum h. e. ipsum factum illicitum comprehendit (§. 22. & §. 2.): non ineptum me facere puto, si omnia veri hominis mitigantia ad tria genera reducenda doceo: nimirum vel a) talia sunt, quæ ab imputativitate seu dolo delinquentis, vel b) quæ ab ipso facto illico, vel c) quæ a fine poenæ desumuntur.

§. XXVII.

De mitigantibus justitiae regula prima. Quod ad imputativitatem seu dolum delinquentis attinet, valet regula: *Quidquid efficit, factum illicitum auctori ex capite doli non valde posse imputari, ad mitigantia justitiae recte refertur*, quam sic demonstro. *Quidquid operatur mitigationem poenæ ex capite justitiae, illud recte ad mitigantia justitiae refertur* (§. 15.). Sed quid quid efficit, factum illicitum auctori ex capite doli non valde posse imputari, illud operatur mitigationem poenæ ex capite justitiae. Ergo quidquid efficit, factum illicitum auctori ex capite doli non valde posse imputari, illud ad mitigantia justitiae recte refertur. Minor propositio ulterius sic evincitur. *Quidquid punibile valde extenuat, illud operatur mitigationem poenæ ex capite justitiae* (§. 24.). Sed quidquid efficit, factum illicitum auctori ex capite doli

de justis pœnam mitigandi causis in criminibus. 41

doli non valde posse imputari, illud punibile valde extenuat: nam extenuat crimen (§. 3.), adeoque & punibile (§. 22.). Ergo quidquid efficit, factum illictum auctori ex capite doli non valde posse imputari, illud operatur mitigationem pœnae ex capite justitiae, & per consequens etiam ad mitigantia justitiae recte refertur. *Et hoc erat demonstrandum.*

(1) Incredibile est, quam hoc principium sit fœcundum, cum veri nominis mitigantia pleraque ex eo pliflissima est resultent. Patet autem, ad doctrinam de imputatione & dolo hic omnia redire, quam vero hoc loco exhaustire nec animus mihi est, nec etiam instituti ratio permittit. Tam amplius hic campus parer, quem vix tractatus integer, nedium brevis dissertatiuncula capiat. Deinde etiam actum me acturum putarem, de hac materia multa verba faciens. Consule Philosophorum scripta, & ingentrem, quemque ferre vix queas, hujus doctrina tibi apparatus porrident. Omnibus, ut in universa Philosophia, ita & in hoc præsertim themate palmam præripuit, multisque parasangis antestat FELICISSIMVS OMNIS PHILOSOPHÆ RESTAVRATOR ALMÆ HVIVS FRIDERICIANÆ CANCELARIUS PERILL. L. B. de WOLFF in Philosoph. pract. univ. P. I. cap. VI. Hunc fontem adi, quisquis saniora in pœnis ad reatum recte componendis principia anhelas.

F

2) Ne

*Regule de
errore.*

2) Ne tamen a me omnino jejonus discedas, celebrioribus aliquot exemplis rem illustrabo. Huc e. g. DD. delicta ex errore profecta trahunt, de quibus quid ego statuam, jam exponam. Errans quatenus errat, nec sciens nec volens agit secundum illud: errantis nulla voluntas. Error igitur dolum excludit, ita ut actio errantis non sit dolosa, quatenus ex errore profecta. Quodsi tamen error vincibilis est, in culpam incidit, atque eatenus factum ex errore profectum erranti potest imputari, neutriquam vero si invincibilis est. Hæc omnia ex PHILOSOPHO mox laudato didicisse juvabit. His præmissis, sic distinguo: Error vel afficit totum factum illicitum, ita ut, si verum esset errantis judicium, nullum delictum foret remansurum; vel facti illiciti qualitatem quandam tantum afficit, adeo ut, detraheato licet errore ramen delictum aliquod remaneat. Viroque easu error iterum vel invincibilis est vel vincibilis. Iam has capè tibi regulas: 1) Delictum ex errore invincibili totum factum illicitum affidente commissum nec verum nec quasi crimen est, adeoque nec puniendum: quia nimurum in hoc casu error adeoque & factum illicitum ex errore profectum auctori proorsus non potest imputari (IDEM c. I. §. 52.). Ergo omne cessat crimen (§. 1.). Ergo & pena cassare debet (§. 8.).

*Regula 2.**Regula 2.*

2) Delictum, ex errore vincibili totum factum illicitum affidente profectum, totum est quasi crimen adeoque mitius & extra ordinem coercendum: quia nimurum totum factum illicitum ex errore vincibili, per consequens ex culpa

de justis pœnam mitigandi causis in criminibus 43

culpa est (IDEM §. 771.). Ergo quasi crimen (§. 5.).

Ergo extraordinaria pœna coercendum (§. 19.). 3)

Delictum ex errore invincibili non totum factum afficiens Regula 3.

commissum ejus circumstantiae intuitu, quam error
afficit, nec est verum nec quasi crimen, adeoque in de-
terminanda pœna illa circumstantia quasi abesse, est
reputanda. Cum enim error invincibilis imputari ne-
queat (IDEM §. 552.); consequens est, ut delicti cir-
cumstantia, quam talis error afficit, rationem crimi-
nis prorsus non participet (§. 1.). Ex hoc vero flu-
it, illam circumstantiam nulli pœna substare, adeoque

etiam in pœna computum prorsus non esse deducendam,

sed potius pro nulla habendam (§. 8.). 4) *Delictum Regula 4.*

ex errore vincibili non totum factum illicitum afficien-

re commissum ratione qualitatis, que errori substat, est qua-

si crimen, que proinde in pœna computum omnino vo-

canda, quamvis pœna ordinaria locum non faciat, sed

minori. Nimirum error vincibilis in culpam (IDEM

§. 771.), adeoque circumstantia huic substans

in rationem quasi criminis incidit (§. 5.). Cum vero

etiam quasi crimen imputabile & malum morale sit (§. 4.):

consequitur, ut circumstantia errori vincibili substans in

computum pœna omnino vocanda sit (§. 8.), modo tamen,

quod vel me non monente subintelligitur, qualitas illa talis

sit, que reatum criminisque rationem adaugere possit.

Quæ enim qualitas causæ meritum vel potius demeriti-

sum prorsus non tangit, illa in determinandam pœnam

44 *Dissertatio Iuris Criminalis*

per se non influit. Quod vero dixi, pœnae ordinariæ tali casu locum non esse, sed minori, ex eo patet, quod factum illicitum non totum ex dolo sit, sed quoad partem ex culpa; at vero culpa pœnam ordinariam non recipit, sed minorem (§. 19.). Dicta nimur talis casu pœna respondens criminis, quod drafso errore remanet, non nihil tamen exasperanda, ita tamen ut ad rigorem pœnae, quæ obtentura esset, si etiam quoad dictam circumstantiam error absuferet, exasperatio non ascendat. Addo exempla. Vxor militis ex publico omnique fide digno instrumento intelligens, maritum suum in iis esse, qui in acie casu, progredivit ad secunda vota, sit bigama, invincibili ducta errore, maritum e visus excessisse credens, qui tamen non excessit. En exemplum regula primæ. Pone, eandem nimis credulam ex vaga & incerta fama de mariti morte audivisse, nec de rei veritate, quam facile investigare potuisset, solicitam bigamiae ream fieri; & est hoc exemplum regula secundæ. Finge, Cajum cum aliena uxore, quam inimputam esse credit, carnalem rem habere; si error hic est invincibilis, habes exemplum regulae tertiae; si invincibilis, quartæ. Ex iis, quæ haecenous philosophati sumus, facilis negotio colliges, errorem non nisi abusive ad mitigantia referri. Nam etiamsi delictum ex errore commissum interdum prorsus non, (quod sit in regula prima), interdum vero mitius puniatur: tamen pœna illa mitior nunquam est pœna mitigata, sed vel

pœna

de justis pœnam mitigandi causis in criminibus. 45

scipœna illius criminis, quod detracto errore remanet,
en exasperata, ut in regula quarta; vel pœna quasi crimi-
nalis, ut in regula secunda.

3) Potiori jure hue referrem dolosas seductio- *Tanguntur
nes, persuasions, cominodam delinquendi occasio-*
*nem inopinato oblatam, impuberem ætatem, simplici- alia miti-
tatem.* Ut verbo omnia dicam, quidquid citra delinquen- *gantia*
tis dolum rectum facultatis tam cognoscitivæ quam ap-
petitivæ usum minuit, ad mitigantia iustitiae referen-
dum est. Iuvat rem exemplo illustrare, prolixiore qui-
dem illo, sed tali, quod plenam theoriam præbet, quam
& in aliis ejusmodi casibus e. g. in delictis ex ira
commissis prudens facile imitabitur. Esto ebrietas. *presertim*
Hanc in voluntariam & involuntariam, porro in eam, ebrietas, de
que rectum facultatum animæ usum penitus aufert, & qua
eam, quæ eundem tantum minuit, dividunt. Iam has
tene regulas. 1) *Delicta in ebrietate involuntaria eaque,* *Regula i.*
que rectum facultatum animæ usum penitus extinxit,
comissa non sunt crimina, nec ideo ulli pena obnoxia.
E. g. Titius a mala nocte compotoribus sibi infusum vi-
ni flumen deglutire coactus, tandem deposito omni ratio-
nis usu, nudato ense, (ut est ebriorum mos), temulentam
manum armat, irruit in combibonum medium turmam,
vibratoque quaquaversum gladio punctum, casim
fauciat multos, viralem aliis spiritum extinguit. Tu,
amabo te, fungere jam judicis officio; & num putas, te
habere, quod in pœnam impunes furenti? Me si audis,

profecto non habes. Nimirum invincibilis hæc ebrietas est, nec penes Titium stetit, eam evitare. Igitur neque penes eum stetere, quæ ex ea orra sunt, mœstafacina. Hæc igitur cum ab agentis voluntate nullatenus dependeant, qua, edic, lege ea imputabis malefano? qua ratione crima dices? quo denique nisus fundamento pœnam dictabis? Mehercle fundamento facies nullo, nulla ratione, lege nulla. 2) Delicta in ebrietate involuntaria eaque, que quidem rectum facultatum animæ usum non penitus abstulit, sed tamen minuit, commissa pœna mitigate subjacent. Nam, usu facultatum animæ minuto, non amplius, quantum satis, in potestate ebrii est positum, an eisdem recte uti velit vel non. Ergo defectus actionis a rectitudine abeuntis ex omisso facultatum animæ recto usu oriundus difficilius vinci ac evitari ab ebrio potest, quam quidem posset recto facultatum animæ usu non læso. Dolus igitur ita ebrii delinquens exiguus est (§. 6.). Ergo etiam crimen ab eo commissum exiguum sit, necesse est (§. 7.). Cum vero crimen punibile seu fundamentum pœna conficiat (§. 22.); consequens est, ut hoc valde extenuato etiam pœna mitiganda sit (§. 24.). 3) Delicta in ebrietate voluntaria eaque, que facultatum animæ rectum usum plane abstulit, commissa pœna ordinaria subjacent, quoties constat, delinquentem ideo ebrietatem sibi sponte quaestuisse, ut in facinus ante ebrietatem sibi propositum & postea patratum e. g. in cædem corrivalis sui eo audientior irret.

Enim.

Regula 2.

Regula 3.

Enimvero hoc casu existente ebrius directe vult corrav-
ilis sui internectionem, quem finem ut eo consequatur
certius, animo maxime deliberato ebrietatem sibi coh-
scit, probe gnarus, satis animi ad destinatum seclus
patrandum sibi non adfuturum, nisi ex vino adveniret.
Quam ob rem ita comparata est haec actio, ut a liberrima
agentis voluntate tota proficiscatur, tota dolosa sit, to-
ta imputativitatem habeat, tota, si qua alia, crimen
directe dicatur, tota denique excusationem excludat.

4) Delicta in ebrietate voluntaria eaque, qua sanam Regula
mentem penitus suffocavit, commissa pœnam sustinent
ordinaria mitiorem, quoties ebrius per ebrietatem ea non
sunt directe intendit, adhuc mitius tamen agendum cum eo,
qui in ebrietate non solet talia patrare, quam
cum eo, qui confusivis ebrius in talia sceleris precepit ire,
in quo ultimo casu iterum magis venia dignus est, qui
vino indulgens hujus malæ consuetudinis non recordatur
quam ille, qui prava consuetudinis sue memor ta-
men a vino non temperat. E.g. ita est Sempronius, ut
ebrius nemini existar amicus, molestus omnibus, amans ri-
xarum, pronus in verbera atque patrandis cædibus aptus.
Interest tamen compotatiōni, nemini hostis, nullas ri-
xas meditans. Confident combibones; cerratur poculis
strenue, evacuantur spumantes pateræ, nimio indulge-
tur Lyceo. Sempronius noster, prava consuetudinis
fus oblitus, nulli palmam relietur plena impiger vitra
haurit, tandemque generoso ita ingravescit mero, ut
mente

mente, quia brutis anteestat homo, deliquium passa, rabiæ, nescio quæ, subito invaderet temulentum. Strin-
git furens gladium, vulnerat, occidit, quosquos mala Dea
ipſi obvios fert. Hæc facinora num imputabis insano?
omino: culpa quippe non vacat. Poruit pravæ memi-
nisse consuetudinis suæ, potuit cogitare, in vino nimium
hausto naufragium sanam mentem facturam, haec vero
naufraga non posse non actiones minus rectas vitiosas-
que evadere, arque hæc omnia cogitare etiam debuit, &
tunc vini a se copiam deprecari. Qua si igitur non co-
gitavit, suo passus est intellectum officio deesse. Quam
ob rem ex defectu intellectus vincibili seu, quod idem
est, ex culpa hæcce facta resultarunt. Quid itaque?
imputanda infelici veniunt, criminumque induunt na-
turam (§. I.). Sed num ordinariam misero penam di-
ctabis? absit: doloña enim non existunt hæc delicta,
nec aliter imputanda, quam ex præcedente culpa. *Quasi*
criminum igitur rationem habent, quæ penam effugere
ordinariam oportet (§. 19.). Ex quo simul patet, ebrie-
tatem hoc casu non nisi impropriæ mitigantis nomine ve-
niire (§. cit.). Pone vero, Sempronium, malæ consue-
tudinis sue tamersi memorem, tamen Baccho, Veneri
& aliis nescio quibus quinques quina & amplius
pocula litare: & tunc sane cur a dolo eum liberes, non
est. Voluit enim inebriari, &, quamvis præviderit ma-
la inde facile oritura, a se in tali ebrietate non evi-
tanda, tamen voluit. Indirecte igitur & mala voluisse
censem.

censendus est ex ebrietate postea secura. Quod vero quis
indirecte vult, id vere vult (Perill. L. B. de WOLFF
l. c. §. 624.). Sciens itaque peccavit volensque, scientia nimirum & voluntate peccatum antecedentibus. Hinc
capitalem pœnam non effugiet, eisdem ordinariam non
experturus, sed mitigatam: quia nempe indirectus de-
linquendi animus minus imputativitatis habet, quam di-
rectus, docente EODEM c.l. §. 626. Adde arg. art. 137.
CCC. Superest casus, quo Sempronius præter suam
ebrii consuetudinem aliquem occidit. Et casu hoc certe
nec prævidit, nec facile prævidere potuit, fore, ut in
maleficium ebrietas erumpat. Igitur nec directe nec in-
directe id voluisse dicendus est. Dolo igitur caret,
aut non caret culpa: iterum enim potuit atque etiam de-
buit perpendere, fore, ut impedito per vinum nimis li-
beraliter haustum recto facultarum animæ usu a recti re-
gula actiones suæ facile discedant. Hoc igitur non per-
pendens culpa non vacat, quamvis vacet dolo. Quasi
criminum igitur reus est (§. 5.), in hæc vero pœnam
ordinariam non cadere, sed minorem, supra ostensum
vidimus (§. 19.). Quia tamen Sempronius alias non
sollet hisce in ebrietate se flagitiis dare (per hypoth.),
pauciora ei fuerunt ab ebrietate abstinenti motiva, quam
quidem ei, qui scit, se ebrium nullius frugis. Conse-
quitur inde ut huic facilius extiterit voluntatem determi-
nare ad ebrietatem omittendam, quam illi. Huic ergo
ebrietas facilius fuit vincibilis, quam illi. Ergo & hujus
culpa

Regula 5.

culpa major est, quam illius (§. 6.). Ergo & maius crimen (§. 7.). Ergo major etiam pena (§. 8.). IDEM c. l. §. 681. & 685. 5) Delicta in ebrietate voluntaria eaque, quæ facultatum animæ usum non plane sustulit, commissa pena ordinaria coercentur, si ebrius eo animo ebrietatem sibi concivit, ut delictum jam prius destinatum eo animosior perpetraret. Hujus regulæ eadem est demonstratio, quæ regulæ tertie. 6) Delicta in ebrietate voluntaria eaque, quæ usum rectum facultatum animæ non plane sustulit, nec ideo quaesita est, ut ebrius eo aptior existeret ad delinquendum, commissa a) veri crimini rationem habent, b) mitius tamen punienda; ubi iterum c) mitius agi oportet cum eo, qui non confuerit in ebrietate talia delicta patrare, severius cum eo, qui confuerit, & tamen ab ebrietate non abstinuit, præsertim si male sue confuetudinis recordatus ab ebrietate se non abduxit; porro d) mitius agi debet, si major, severius, si minor gradus ebrietatis fuit. Propositione prima patet ex eo, quod, si ebrietas sanam mentem non penitus abstulit, agens sciens & volens agat, adeoque nec a dolo, per consequens nec a vero crimine purus sit (§. 5.). Propositione secunda eadem est demonstratio, qua regulam secundam stabilivimus. Propositione tertia eodem modo demonstratur, quo simile quid demonstratum est in regula quarta. Propositione quarta denique ex eo liquet, quod major ebrietas rectum facultatum animæ usum magis minuat, minus vero ebrietas minor. Ergo illo

illo casu vitium actionis ex restricto facultatum animæ recto usu enatum difficilior fuit vincibile, quam hoc. Ergo illo casu minor est dolus, per consequens & minus crimen, quam hoc (§. 6. & 7.). Ex hac tenus de ebrietate dictis facile colliges, in ejusmodi casibus obtinere illud Caroli V. Imperatoris: *Jedoch haben diese Fäll zu Zeiten gar subtile Unterscheid*, art. 146. in fine CCC. Commeindandum hoc loco venit MARCIANI monitum in *I. perspicuum pr. §. 2. ff. de pen.*

§. XXVIII.

Venio ad secundi generis mitigantia ab ipso sci- De mitigan-
licet factō illico, altero punibilis constitutivo, de- tibus justi-
sumta (§. 26.), de quibus hanc trado regulam tiae regula
secunda.

Quid quid illam facti illiciti circumstantiam, ad quam Legislator in definienda pœna ordinaria maxime respexit, valde extenuat, mitigantibus justitiae recte adnumeratur: Certum est, illam facti circumstantiam, ad quam Legislator pœnam crimi ordinariam dicens maxime respexit, præcipuam præter dolum punibilis partem facere (§. 21.). Quid quid ergo hanc circumstantiam valde extenuat, punibile quoque leve & exiguum reddit. Consequitur ex hoc, ut & pœnam oporteat ex hac causa mitigari (§. 24.).

E. g. furtum, quod violentam effractionem conjun- *exempli il-*
ctam habet, laqueum experitur vindicem art. 159. CCC. lustratur.

Contingit, Sempronium ex cista furari, clausa quidem illa, sed quam, vi fere nulla adhibita, & vix manu admota, mox reserata videtur. Hoc casu an in patibulum & corvos pastum ibit infelix? neutquam. Ideo funestum laquei supplicium Imperatori in mentem venit, quod periculose sibi tale furtum visum (ibi: *ein gefährlicher Diebstahl*): & cur periculose? quia nempe, si eo procedit furum audacia, ut vi adhibita fores & repagula frangant, nemini suum conservare, nemini a furis deinceps licebit esse securum; nulla in custodiendis rebus amplius cura proderit, sollicitudo nulla, & solertia quisque pater familias cum vicino dissoluto & minime attento ad rem pari in causa hæreditum, nihil in hoc genere præ eo præcipui habiturus. Vis igitur adhibita & ex hac imminens etiam diligentissimis rerum suarum custodibus periculum præcipua penae ordinariae ratio est. Vis ergo adhibita si admodum levis est, si cista vix & ne vix quidem mediocriter clausa a fure effracta: næ tunc desideratur ea furi qualitas, quæ penam Legislatori ordinariam extorsit, periculum nempe, quippe quod exiguum valde in nostro casu existit, cum furtum magnam partem sibi imputare dominus debeat, qui non curatus res suas custodierit. Sed neque argumentum valet, furem leve obstaculum removentem etiam ad audendum majora promptum esse atque paratum. En causas Sempronium nostrum e laquei suppicio eximentes.

S. XXIX.

§. XXIX.

Quidquid illam circumstantiam , ad quam Le- De mitigan-
gislator in sanctionis pœnalis articulo maxime respe- tibus iustitiae
xit, ex post facto destruit, in mitigantibus iustitiae est. regula ter-
tia

Illa enim circumstantia destructa, corruit pars ma-
gna fundamenti pœnæ ordinariæ (§. 21.). Ergo
non amplius adest ratio sufficiens pœnæ ordinariæ
infligendæ, adeoque Legislator hanc jam non am-
plius velle censendus est (§. cit.). Consequens igitur
est, pœnæ ordinariæ tali casu existente locum
non fieri, sed utique mitiori.

Huc intercessiones & remissiones a parte principaliter exemplis il-
lustratur.

læsa factas, transactiones, compensations , damni delicto
dati resarcitiones traho, quoties de iis criminibus est ser-
mo , in quibus puniendis Legislator principaliter ratio-
nem læsionis privato cuidam illatae haberi voluit. Hinc
e. g. in furto magno pœna ordinaria cessat statim , arque
furtum passus vel suo juri ad acta renunciat, vel rem
sibi furto ablatam aut ejus saltem estimationem recipit,
ut damnum quinque solidos non amplius supereret (vid.
Schol. ad §. 22.). Nec obstat l. 65. ff. de furt. , quippe
quæ tantum dicit , furem , restituto licet furto , tamen
furem & nocentem manere , sed nullibi negat lex eit.
pœnam posse mitigari. Idem dicendum de sensu l. 17.
§. 1. ff. de adul. edict. At vero pone , furem qualifica-

tum , de quo supra (Schol. cit.), ad furtum domino etiam cum sc̄enore restituendum paratum existere ; & putasne a patibulo esse liberandum ? liberandus non est : in hoc enim genere furti Legislator non a damno per furtum dato , sed a violentia lāisionis periculo pœnae ordinariæ sumit fundamentum (per Schol. cit.). Cesset igitur restitutio hoc damnum , quid tum ? tamen substituit verum pœnae ordinariæ fundamentum , nempe coniunctum cum dolo violentia lāisionis periculum , quod , et si fur centuplum restituat , irrevocabile est. Stante autem pœnae ordinariæ fundamento , quid obstat , quo minus & ipsam pœnam ordinariam dandam executioni esse judicemus ?

§. XXX.

De mitigantibus iustitiae regulâ quarta.

Reliqua sunt mitigantia tertii generis , scilicet ea , quæ a fine pœnae originem ducunt (§. 26.) , de quibus tu regulam tene supra (§. 24.) jam anticipatam , hanc nempe : *quoties finis pœnae ex parte jam est obtentus , vel aliunde ex parte cessat : toties mitigatio pœnae ex capite iustitiae locum habet.*

*Pœnitentia
efficitur.*

1) Huc pœnitentiam transferunt a criminoso declarata , de qua cum non una sit DD. sententia , ego quid sentiam , jam exponam . Sic autem distinguendum puto . Pœnitentia vel tempestiva est cæptumque crimen impedit consummari , vel crimine jam consummato demum suborta declaratur . Casu priori quidem impedit pœnam ordinariam , l. 19. pr. ff. de L. Corn. de falsis peram

peram tamen mitigantibus accensetur ob ea, quæ supra
(§. 17.) dicta memori adhuc mente tenemus. Casu
posteriore vera pœnitentia vel est manifestum actionis
indeliberata & ex præcipitania profecta hominisque
adhuc justi bonique sensu imbuti, aut saltem emendati
& ad frugem redeuntis animi signum, vel non. Prius
contingit, si reus sponte & in continentí pœnitentis ani-
mi signa edit e. g. verbis blasphemis vix eruētatis a Deo
& adstantibus mox veniam rogans, vel si sponte, non
dum decreta contra ipsum ulla inquisitione, morsum
sentiens conscientia factique serio pœnitens judicis sele-
vindicta hifit, aut incendio vix excitato mox pœnitentis
id extingvere satagit, vicinos in auxilium conclamans;
aut si raptor raptam, quam posse, non viriat, sponta-
neia pœnitentia ductus. Hisce casibus pœnam omnino
mitigandam esse censo, nec tamen propterea pœnam
capitali minorem ubique substituendam doceo, eum &
pœna capitalis ordinaria minor pœna mitigata dicenda sit.
Verum, si dicendum quod res est, in eiusmodi casibus
pœna non tam ob pœnitentiam mitigatur, quam potius
ob doli maioris defectum (§. 27.), vel propter animum
emendatum & ideo propter finem pœnae ex parte obtenu-
rum (§. 24.), de quibus pœnitentia tantum testatur tanquam
effectus de causa. Hinc ipsi pœnitentia non tam mitigans
est, quam aliis mitigantis a pœnitentia distincti clarum
indictum. Sin pœnitentia a reo declarata non
est indubium actionis indeliberata vel saltem
emendati animi signum: tunc vel est conjuncta cum

retracta.

retractatione damni læsionisve ex delicto ortæ, res que in pristinum statum reducitur, vel non. Prius contingit, si e. g. Fur aut predo rem furto vel rapina ablatam restituit, incendiarius damnum resarcit, injurians verba injuriosa e. g. libellum famosum publice & sponte revocat. Et hisce casibus rursus puto distinquendum, an damnum vel laesio sit præcipue punibilis pars seu illa circumstantia, ad quam Legislator penam ordinariam prescribens primario respexit; & hoc casu pena omnino est mitiganda (per §. 24.): quamvis iterum non tam ob penitentiam mitigatio fiat, quam verius ideo, quod cum penitentia conjuncta sit damni illati retractatio, quippe sine qua ob solam penitentiam pena nullatenus foret mitiganda. Exempla sint furtum magnum & libellus famosus. An vero damni læsionisve retractatio non existat id, ad quod Legislator primario respexit, & tunc commissi criminis reus frustra penae mitigationem exspectat, damno licet restituto aut satisfactione pro laesione praestata. Vide hanc in rem dicta in schol. ad §. 29. in fine. Huc furtum qualificatum, rapinam, incendium traho. Supereft ultimus casus, quando nimis rurum penitentia post crimen consummatum demum declaratur, nec est actionis indeliberata nec emendati animi signum, nec denique conjuncta cum damni læsionisve resarcitione: & hoc casu cur penam ordinariam judex mitiget, plane non video. Tunc enim nihil punibili, nihil fini penae ordinariae deest. Ergo tunc

de justis pœnam mitigandi causis in criminibus. 57

tunc desideratur ratio sufficiens & justa causa pœnam ordinariam mitigandi (§. 23.). Tantum non ubique CARPZOVI^{II} theoria convenit cum mea. Vide ejusdem præst. crim. quest. 18. n. 22-27. q. 37. n. 35-40. q. 39. n. 3-9. q. 45. n. 66-71. q. 90. n. 55-62. Parum porro a me recedit KRESSIVS ad CCC. art. 106. §. 5. n. 6. art. 160. §. 2. n. 3. art. 178. §. 3. seqq. Non paulo rigidior est B. LVDOVICI in diff. de effectu penit. & in civil. & in crim. caus. cap. III., qui in unico casu pœnitentiam vult in mitigantibus haberi, quando nimurum res per poenitentiam in pristinum statum reducitur, quam tamen regulam fallere ipse testatur, & exemplis probat §. 20. c. l. Præsertim illum rigorem non probo, quem §§. 21. 22. 23. c. l. præfert B. Vir, ibidem contra CARPZOVI^{UM}, sed, me quidem judice, frustra disputans.

2) Huc verius pertinet, quando pœna ordinaria *Aliud exemplum regum et illistrans.* Republicæ magis detrimentum quam utilitatem efficit allatura, ut puta, si integra civitas aut hominum multitudo peccavit. E. g. si militum legio vexillum deseruit, aut militare iussa arma posuit: tali profecto casu existente ad capitale supplicium, non omnes sed vel primarii tantum criminis auctores, vel decimus quisque, forte adhibita, abstrahuntur, reliquæ pœna extraordinaria in ordinem redigendis. Si enim omnes capitatis damnarentur, tantum abest, ut finis pœnæ, salus nempe publica, obtineretur, ut potius præsentissimum eidem detrimentum esset accessiurum: non enim sigilli opus est legio, sed magnis conductitur sumtibus, quam si una

si una perderet cruenta dies, multa devoraret millia aureorum. Ut vero prorsus impuniti abeant, nec publica patitur utilitas, nec armatarum fert tenor virtus que legum. Quid igitur reliquum fit? ut extra ordinem coerceantur criminosi, si non omnes, plurimi certe.

*Rursus alio
exemplu re-
gula 4. ex-
plicatur.*

3) Huc etiam referendum, si delinquens jam sua sponte ad frugem rediit, saniora amplexus consilia. Tunc enim pœna ordinaria vel non capitalis est, vel capitalis. Si prius, finis pœnæ emendatrix jam est obtentus (§. 20.); si posteriorius, cessat finis, qui pœnarum capitalium est, liberatrix (§. cit.): quippe incorrigibilibus pœnæ capitales sancitæ sunt (schol. ad §. cit.). Quoties igitur delinquens sponte sese correxit, utique alter pœnae ordinariæ finis, quem liberatricem supra diximus, jam est obtentus. Obtento autem ex parte fine pœnae, pœna est mitiganda (§. 24.). Difficiles se præbent DD. plerique in hac pœnam ordinariam in delictis capitalibus mitigandi causa, facilius eam admisiuri in non capitalibus, quamvis & in capitalibus suo non destituatur fundamento, ut mox ostensum. Hoc certum est, in praxi nullam ideo pœnæ ordinariæ mitigationem fieri, quod inquisitus in vincula jam conjectus & a Clericis fortasse ad penitentiam excitatus emendati indicia animi præbeat: siquidem fallax admodum hæc est penitentia, & plerumque formidinis pœnæ partus, animi vere emendati incertus index. Et sane si hanc mitigationis causam praxis probaret, næ pessimi quivis homunciones pœnam effugerent ordinariam, fucum judici fraudem. que

de justis pœnanti mitigandi causis in criminibus. 59

que legibus facturi, penitentiam animumque emendatum subdole mentientes. Verum de hoc mihi casu non est sermo. Illam solum penitentiam, animique emendationem ad mitigantia resero, quæ spontanea est, ante inquisitionem sese exserens, atque ita comparata, ex qua de vera & non affectata persanati animi mutatione non incertum ferri judicium queat.

4) Perperam vero hoc casus trahitur, quando quis nulla *Exemplum sua* sed fortasse judicis culpa jam multa criminis intuitu sui *ad regulam finuit mala*, e. g. carceris diuturni vinculorumque mole, *4. perperam stias aut torturæ justi metas excedentis dolores.* Quamvis enim non eam inficias, hoc casu pœna ordinaria lo-
eum non esse, sed utique mitiori: proprie tamen pœna ordinaria mitigatio dici nequit. Ideo nempe pœna or-
dinaria obtinere non potest; quia, si obtineret, reus non ordinariam, sed ordinaria majorem pœnam ferret, utpo-
te qui pœna aliquam partem jam sustinuisse censendus
est. Itaque haec mitigatio non tam veri nominis mitigatio, quam potius intermissa pœna exasperatio nominan-
da est. Dixi tamen: *nulla sua culpa*: quodsi enim in-
quisitus sua ipsius in confundo conrumacia sexentisve
mendaciis torturæ dolores aut carceris diuturnioris lqua-
lorem sibi conciliavit, sibi hoc etiam imputet: neque enim
haec calamitates partem pœnae criminis, cuius causa inqui-
stio mota, respondentis faciunt, sed potius contumaciam
mendaciorumque pœna recte dicuntur.

§. XXXI.

*De spuriis
mitiganti-
bus duo
verba*

Ex hac tenus dictis difficile tibi non accidet ad intelligendum, quid de nobilitate, clericatu, militia, doctorali aliave dignitate, item sexu aut singulari artificio delinquentis statuam, hoc nempe, quod incassum laborent & sibi & aliis imponentes, qui mitigantibus justitia haec accensenda esse somniant. Quasi vero hi non essent, aut saltem minus essent subjecti legibus, quam alii hisce qualitatibus non instructi; quasi vero privilegio gauderent, suam impune militiam exercendi, aut turpitudinem honores tegerent, quibus se ipsos suis maleficiis sponte exuerunt tremendarum legum sacrilegi contemeratores. Absint haec monstra. Ego potius sic ratiocinor: Quodcunque mitigans ita est comparatum, ut ejus ratio nec ex fine, nec etiam ex fundamento poenae ordinariae reddi possit, illud non mitigans genuinum sed spuriū est (§. 23.). Atqui omnia mox recensita ita comparata sunt, ut eorum ratio nec ex fine, nec ex fundamento poenae ordinariae reddi possit. Ergo haec omnia non genuina sed spuria mitigantia sunt. Minoris probationem non suscipio, quia per singula membra esset probanda, quod negotium nimis longum foret. Tu, sodes, si nondum fidem tibi feci, proba contrarium.

Ad

Ad mitigantia gratiae ejusmodi qualitates rejiciendæ, *cum aliqua* justitia certe non sunt. Excipe tamen, nisi clara lex *spe-explicatione* cialeм his favorem indulserit, quo casu legi parendum *adjiciuntur*. omnino est. Tale quid in Jure Romano sæpe expressum legimus e. g. in l. i. in fin. ff. *de furib. baln.* quæ honestiores relegationis pena afficiendos esse ait, reliquis ejusdem criminis reis ad metallum damnandis. Simile aliquid habet l. ult. §. 1. ff. *de incend. ruin. naufrag.* & l. 28. §. 2. ff. *de pœn.* Quamvis, si dicendum, quod res est, tunc honestiorum poena non tam poena *mitigata*, quam *ordinaria* vocanda sit, utpote in lege absisse determinata (§. 9.). Cæterum minime me fugit, contra hunc sp̄hum varia moveri dubia posse, quibus recensendis ac resolvendis operam dareim, nisi & charta me desiceret, & imminentis hora meo ex hac Alma Fridericiana discessui destinata interpellareret. Fortasse coram in publico auditorio plura de his verba faciendi occasio erit. Sit itaque Supremo Numini laus & honor, sit Tibi, Lector benevolē, salus & incolumitas diuturna, sit huic dissertationi.

F I N I S.



GENEROSISSIMO
ET NATALIVM SPLENDORE
ILLVSTRI
RESPONDENTI
S. P. D.
CHRISTIANVS L. B. DE WOLFF,
VNIVERSITATIS CANCELLARIUS
ET SENIOR

Repte omnino dixit Cicero (a), nos legem bonam a mala nulla alia nisi naturae norma dividere posse, & quod stultissimum sit existimare, omnia justa esse, quæ scita sunt in populorum institutis, aut legibus. Quodsi enim populorum iussis, si Principum decretis, si sententiis judicium iura constituerentur, jus fore ait latrocinari, jus adulterare, jus testamenta falsa supponere, si hæc suffragis ut scitis multitudinis probarentur. Jus nimurum ipsa natura constitutum est, non vero idem facit voluntas humana. Superioris iussus in civitate hoc saltem efficit, ut pro lege valeat, quod vult, propterea quod ipsi obtemperandum, & sententia judicis pro justa habetur in eo casu, de quo pronunciatur, propterea quod lites in foro exitum habere debent. Quemadmodum itaque Cicero inculcat, non ex duodecim Tabulis, nec ex edictis Pratorum, sed penitus ex intima Philosophia Juris scientiam hauriendam esse; ita quoque JCTi cordati ultro confitentur, non ex Responsis Doctorum Jus certum addisci posse. Aliud est esse legem, aliud pro lege observari: aliud esse justum, aliud pro justo haberi. Ideo lex alia bona est, alia mala. Quamvis enim legis nomen non mereatur, nisi quæ bona est: quoniam tamen, ut Ciceronis verba (b) mea faciam, in populari ratione omnis nostra versatur oratio, popula-

(a) lib. i. de Legib.

(b) loc. cit.

pulariter interdum loqui necesse est, & eam legem, quæ
scripto sancit quod vult, aut jubendo, aut verando, ut vul-
gus, appellare. Juri ergo operam daturus id a natura ho-
minis repetere debet, ut cognoscat, quidnam de quolibet
actionum humanarum genere constituat lex naturæ, quæ ad
omnes omnino actiones humanas extenditur, qualescumque
tandem fuerint. Nihil ergo in omni Jure civili occurrit,
quod lege naturali determinatum non sit. Juris naturæ scien-
tia imbutus jura civilia ita tractare deberet, ut facta collatione
patesiat, quantum cum naturali concordent, quanrum ab eo
discrepent, cumque ipsa lex naturæ doceat, quandonam &
quantum in efficiendo jure civili a naturali recedere liceat,
norma quoque naturali dijudicetur, num quod legi naturali
fuerit additum, vel detractum (c), ipsa non invita factum.
Hac demum via ad certam Juris scientiam perveniunt: qui ve-
ro aliter jus civile tradunt, hi, judice Cicerone (d), non tam
justitiae, quam litigandi tradunt vias. Fecimus hanc viam ad
scientiam in Opere nostro Juris naturæ &, ut eam feliciter
ingredi possent juvenes legitima scientia imbuendi multo qui-
dem maturius, quam haðenus fieri potuit, Institutiones Ju-
ris naturæ materiæ ubertate graves & continuum Jurium ne-
xum oculis subjicientes ad Jus civile aptavimus. Cum Tu,
Generosissime Respondens, viam hanc calcare volue-
ris, nullus quoque dubito, quin jura ita didiceris, ut non
saltem verba legum, sed vim quoque & potestatem teneas.
Quales sint tui profectus, publico specimine declarare con-
stituisti, neque ullus dubito fore, ut Te in patriam reducem
tua scientia, eruditio & virtus AVGVSTÆ commendet,
nec alia commendatione indigeas. Salvum Te ac incolumem
seruet Supremum Numen omniq[ue] honorum genere ornet!
Tu vero me ama. Hale Magdeburgicæ d. 14. Aug. 1752.

(c) *I. 6. ff. de J. & J.*

(d) *loc. cit.*

ILLVSTRI AC GENEROSISSIMO
RESPONDENTI
L. B. A M A Y D E L L
S. P. D.
P R A E S E S.

Evax! aperta patet cathedra. Ascende, animose Pugil, & quam dudum TIBI sacra Themis nexuit, laurum capo. Horrendum crepant syllogismi Adversariorum, dent rauca Darapti, Felapton, Disamis cum reliquo grege sociorum sibila, extruantur sophismata ex omni genere fallaciarum: TV contra audentior ito. Ridebis, perspectae mihi sunt vires TVAE, bruta hæc fulmina, nudatam dextere vafritiem dabis, vinces certe. Et o! quantum TIBI laudis hæc victoria parabit. Quam ob rem pergratum sane fecisti, jubens me TIBI comitem in docto hoc certamine adesse. Quidni enim TVAE sic particeps gloriæ reddar? Haberem plura TEcum confabulari, ni ad arma jam conclamatum. Hoc unum itaque: pugna, ut soles, fortiter, redi Victor in partiam bonis avibus, me, ut facis, & in posterum amar.

Dabam in Fridericiana d. XVII. Augusti.

MDCCLII.

PERILLVSTRI ATQVE DOCTISSIMO DOMINO
DISSERTATIONIS AVCTORI

S. P. D.

OPPONENS

CAROLVS ABRAHAM L. B. DE ZEDLITZ

SILESIVS

REGIAE SÓCIET. TEVTON. GOTTINGENSIS MEMBRVM.

Si in republica duo quodammodo nobilitatis sint fundamenta, alterum quod ipsa actionum rectitudo ipsaque benevolentia frequentia constituit, alterum vero ex cuiuslibet ciuitatis summi Imperantis indulgentia, dum ciues quosdam nobilitate praeceteris eminere iubet, reperendum, illos demum vere nobilitatis prerogatiuis gaudere iure veluti meo censeo, qui gentilitiam suam nobilitatem per strenuae virtutis culturam adhuc nobiliorum efficere satagent. Ad TE, VIR PERILLVSTRIS, me vnicouertere sufficit, si veritas quam propugno a posteriori, ut in schoolis loquimur, probanda sit. TE enim satis ab illis distingueare, qui longam maiorum illustrium seriem sibi soli honori ducentes et fere omnia alto supercilio spernunt inutiliaque somniant, quibus tamen non nisi veram adipiscimus gloriam quaeque verum deinde nobilitatis diadema conficiunt, animi dotes prorsus singulares, ingeniumque TVVM ad generosa quaevis natum iam dudum euictum dederunt, dum semper omnibus viribus eo annis es, ut nobilitatem TVAM auitam superiorum eruditiois copia illustriorem redderes. Ex eo igitur luculententer constare persuasus, quam difficile sit encomiorum TVORVM praeconem agere, cum hodie omnium expectationes longe superas cathedram conseruantur, TIBIque victoriam non nisi illustrium herorum nominibus dignam paratus. Gratulor TIBI itaque eximios in Iurisprudentia progressus, specimenque hoc suis numeris omnino absolutum. Gratulor PERILLVSTRI TVÆ GENTI de novo decore, & vœo, ut Summum Numen TE, PERILLVSTRIS LIBER BARO, quam diutissime florentem præstet

ad patriæ nobilitatis gloriam non solum sed & vniuersæ reipubli-
cæ emolumentum, cuius fulcrum mox TE futurum certissime
præuideo. Sic Vale, Amice exoptatissime, meque amore TVO
porro prosequere. Dabam Hale d. XIV. Aug. MDCLII.

PERILLVSTRI, GENEROSISSIMO
L. B. A M A Y D E L L
AMICO SVO PLVRIMVM COLENDO

S. P. D.
OPPONENS.

FRIEDERICVS WILHELMVS AVGUSTVS
A SELLENTIN
BEROLINENSIS.

Dignum est profecto humanitate TVA argumentum, quod
publice disceptandum proposuisti. Sive enim naturam TVAM
considero, sive optimarum artium studia, sive facilitatem & comi-
tatem, qua omnium animos facile TIBI concilias; nihil TE
inveniri potest humanius. Qua igitur res homines Deo similes
efficit, præsertim si vel reipublica præfiant, vel in judiciis de ho-
minum delictis, immo de vita ac morte eorundem sententiam fer-
rant, eam TV, cunctis aplaudentibus ad disputandum delegisti;
materiam, naturæ, moribus, & eruditioñ TVÆ convenientissi-
mam. Solent aliquando vel ipsæ leges duriores esse, quam huma-
nitas patitur, vel earum interpretes humanæ imbecillitatis rati-
onem parum habere: proinde, ne quid hujusmodi fiat, merito in
republica bene constituta, provideretur. Exferramus adhuc leges
olim a draconे laras, quas non hominis sed draconis, non atra-
mento sed sanguine scriptas judicavit antiquitas. Minimis enim
delictis capitis penam irrogare, acerbum, crudele, inhumanius
est. Est, ubi severior, est, ubi mitior sententia pronuntiari
debeat. Id enim meminisse oportet, non ab hominibus modo,
verum etiam de hominibus laras esse leges non ad interitum com-
paratas, sed comunidis utilitati ac saluti singulorum consulentes.

Quip-

Quippe nihil proclivius est quam errare ac delinquere. Ferro
igitur statim vulnus recidere velle, si adhuc consilio mederi possis,
boni medici non est. Leniora tentanda sunt remedia. quamdui
adhuc spes sanitatis superest. Quod qui facit, is merito & rei-
publicæ rector sapientissimus & judex humanissimus habetur. Non
possum igitur, quin consilium TVVM, PERILLVSTRIS BA-
RO, vehementer laudem, quod DE IVSTIS POENAM MITI-
GANDICAVIS IN CRIMINIBVS in Disputatione TVA egisti.
Præter ea omni quoque prædicatione majus est, quod publice do-
cumentum & eruditio[n]is & humanitatis TVÆ in hac Academia
exflare voluisti perpetuum, tantoque illuftrius, quod nulla TE
necessitas, ut id faceres, adegit. Gratulor igitur virtuti TVÆ
laudes eximias, quibus cat[er]a TVA ornamenta quam plurima,
honestat[er], Gratulor denique GENTI TVÆ ILLVSTRI,
quod talem ex se genuit, qui splendorem familiæ domesticum
non sustinere tantum, sed etiam augere, novisque veluti radiis
illustrare possit. Vale quam bellissime, & cum virtute, tum for-
tunæ dotibus fruere felicissime. Scripti Halle d. XVIII. Aug.
c[irca] 10 CC LII.

VIRO
PERILLVSTRI GENEROSSISSIMO
DOMINO
L. B. A M A Y D E L L

LIVONO

AMICO SVO AESTVMATISSIMO

S. P. D.

ANTONIVS LVDOVICVS A PVTTCAMMER

E Q V E S P O M E R A N O - B O R V S S V S

O P P O N E N S .

I magines avorum optime de Republica meritorum, numerare
posse, haud vulgaris felicitas censenda; majus autem felicitas
humanae decus reputatur, suis virtutibus, majorum famam
auge-

augere pariter, atque extollere. Quid enim quaeſo illi laudis mē-
rentur, qui tantummodo majorum existimatione freti, negligē-
tiaeque dediti, avitam lucem in tenebras convertunt, quoniam
ſuae virtutis nullum memorabile produnt documentum. Omni-
no autem omni laudis genere digni ſunt ii cendendi, qui illuſtri
natiuitati maiorem quaſi lucem atque ſplendorem addunt. Quod
TV, PERILLVSTRIS L. B. luculento, eruditioſis haud
vulgaris documento omnibus comprobas. Quantum enim, in hac
alma Fridericiana proſeceris, & quanta affiducia ſint diligentiae
praemia, ſpecimen hoc Disputationis, quam in praefens deſen-
dendam fulcepisti, ſatis ſuperque reſtarunt, de quo TIBI ex ani-
mo & vere gratulor. Fauxit benigniſſimum numen, ut & hoc,
& omnia quea deinceps ſequurſa ſunt, in gloriam ſuam ver-
gant, atque TE in dies magis magisque ornet, ut Patriæ TVAE
olim & factis & exemplo prodeſſe queas. Vale, memor ſis mei,
ſemper meque amare perge. Dedi Halae Magdeburgicae d. XVI.
August. A. R. S. 1752.

V I R O
I L L V S T R I
L. B. A M A Y D E L L

FAVTORI ET AMICO SVO COLENDIſſIMO
S. P. D.

IOANNES CHRISTIANVS GOTTHELFF
SCHOENBORN MAGDEBURGENSIS
OPPONENS.

Sunt in TE alia, quae omnibus innotescunt, alia, quae non
non niſi amicis leſe oſtentunt. Illis de gentis praeftantia avi-
ta, TVVM ſtemma, de ſolida eruditione utili, haec diſerta-
tio; de dicendi facundia, de ingenii praeftantia, ac judieii pro-
funditate cathedra loquitur. Amicis vero declarasti humanos mo-
res,

res, fidem haud infucatam. Quos humanitate advocas, fide aeternos redditis nominis TVI cultores. Inter devinctissimos me quoque numerandum esse, laus mihi erit ac gloria. Diem hinc votis saluto, quo promeritos laborum TVORVM colligis fructus, patriam de concepta spe jam impleta saluto, saluto ILLVSTREM TVAM GENTEM, de membro nativitate procreato artibus innutrito, virutibus animi omnibus conspicuo, ac tantae familiae tot avis maxime digno. Mecum salutat omnium bonorum caterva, meisque votis se immiscer adclamationibus. His addo pro TVA incolumente preces, TEque insuper rogo, ut amicitia nostra sit perennis. Vale. Dabam in Fridericiana d. XI. Augusti Anno cloccLII.

VIRO ILLVSTRI ATQVE PRAESTANTISSIMO
L. B. DE MAYDELL
S. P. D.
GOTTLOB SAMUEL NICOLAI
PHILOSOPHIAE PROFESSOR.

Etsi hisce TE VIR ILLVSTRIS non alloquendum putaverim litteris, tamen animum in TE meum TIBI neutriquam dubium fuisse scio. Ea vero amicitiae indoles ut difficulter nobis defendamus ab illis ipsis significationibus, quibus nec novam vim, nec novum aliquod amoris argumentum amicitiae accedere videamus. Etenim eorum repetitio quae iam dudum amico cognita fuere ipsa enumeratione atque grata recordatione placet & infrequentes delicias non vano augurio praesagitat. Accipe itaque ILLVSTRIS AMICE coniunctionis nostrae qua me condecorare voluisti tesseram. Evidem non ego is sum qui TVAM in Iurisprudentia scientiam hoc solemni die deprædicandam mihi sumam, quem haec & aliud forum & alium iudicem requirant; attamen amorem TVVM in scientias eleganter omnes plane singulariter eo maioris aestimandum judico, quo rarius saltim com-

paratione assumta; inter eos qui generis nobilitate praestant, ad-
sunt qui humanitatis studiis capiuntur. Suavis semper enim tem-
poris mihi obversabitur memoria, quo me comite principia ele-
gantiori doctrinae sciscitari voluisti. Aegre TE e complexu
meo dimitto, & nisi patria merito efflagitaret, de quo sibi gratu-
latur filium, optarem ut diutius de gaudio & delectatione pluri-
um qui TE magni faciunt certus inter nos vivere posuisses. Ast
mox abibis, quo TE auspicatum fidus vocat. Abi itaque post-
quam TE in defendendo disputationem heroem ostendisti felix,
& omni tempore optima beatus fortuna, atque Favore & amici-
tia TVA me & in posterum complectere Vale. scrib: in regia
Fridericiana III. Id: Augusti CIOCCIL

MONSIEUR LE BARON,

Plus la science s'approche des personnes dont la naissance & le
rang les élèvent au dessus du commun, plus elle repand les
utilités sur le public & fait renaitre le siècle d'or, c'est à dire la
felicité du genre humain; au contraire moins elle est connue &
estimée de ceux qui dans les états sont employés au timon de gou-
vernail, moins on goûte la douceur du repos & du bonheur, que
donne la sage dispensation de la justice, en un mot, Astrée fait
moins son dévoir n'étant, pas accompagnée de Minerve. L'histoïce
nous fournit quantité d'exemples pour prouver la vérité de ce que
j'ai avancé. Je m'abstiens d'en alleguer. Il ne faut que le seul nom
DE PIERRE LE GRAND, pour admirer le modèle d'un
grand Heros, d'un sage Legislateur, d'un Créateur de toute une
nation, qui, soutenu par la science & les arts, qu'il aimoit, com-
me un autre Chamæleon nous a montré toutes les nuances d'esprit
& de vertu, & dont l'image se conservera dans la personne de
SON AUGUSTE FILLE aussi-bien que dans celle de
SON ALTESSE IMPERIALE, LE GRAND DUC,
héritier de la couronne & des vertus de ce GRAND MO-
NARQUE. Cette seule pensée, MONSIEUR, pouvoit
me fournir assés de matière pour VOUS feliciter l'hûreuse situa-
tion,

tion, où VOUS VOUS trouvés, qui VOUS êtes aquis tant de mérites par la solidité de VOS études dont VOUS donnés au public la preuve la plus convaincante & la plus utile. Vous êtes sûr de la récompense de vos soins & même d'autant plus que VOUS êtes capable de rendre des services solides à la patrie à laquelle vous avés sacrifié vos veilles. VOUS avés embrassé les Muses, elles vous ont regalé de mille connoissances utiles & Themis vous a ouvert son temple, elle VOUS conduira & VOUS y donnera place entre les premiers prêcheurs de la justice. Je prens sincèrement part à la gloire que VOUS venés recueillir, & comme je m'estime heureux d'avoir le souvenir de VOTRE chère amitié, je VOUS supplie très-humblement d'être persuadé qu'il n'y a personne qui fera plus reconnoissant & qui VOUS aime avec tant d'attachement que moi, qui suis toujours avec beaucoup de respect

MONSIEUR LE BARON

A Halle
se 19. Août 1752.

Votre très-humble serviteur

FRANCOIS CHRISTOPHLE IETZE,
Maitre ès Arts.

MONSIEUR

Comment pourrois je assez être capable, de vous témoigner la joye, que j'ai de voir l'épreuve du savoir très distingué, que vous allés donner au public, sans vous faire voir la part que j'y prens. Je souhaite de tout mon cœur, que cela vous ouvre le chemin

chemin de parvenir à des grandes dignités, en vous priant, de me mettre au nombre de vos anciens amis, comme j'ai l'honneur de me dire

MONSIEUR

à Halle ce 19. du
mois d'août l'an 1752.

Votre
très humble et très obéissant
serviteur

OTTO GEORGE DE SACKEN,
de la Livonie.

MONSIEUR

Ce jour est trop heureux & trop célèbre, pour le passer sous silence. Soyez fortement persuadé que je prends véritablement part à Votre satisfaction & à l'honneur, que Vous allez aquérir aujourd'hui sur la chaire cathédrale, en donnant une preuve publique de Votre application infatigable à l'étude de la Jurisprudence. Je Vous en félicite Monsieur du plus profond de mon cœur, souhaitant ardemment, qu'il plaît à Dieu, de benir Vos études et de Vous combler en même tems de toutes sortes de prospérités. Ce sont les voeux sincères de celui qui fera toujours gloire d'être,

MONSIEUR

à Halle
le 19. d'Aout
1752.

Votre très humble & très obéissant
serviteur

GWILLAVME CHRETIEN HVECK
de Livonie.

146356

ULB Halle
007 506 104

3



vDn8



B.I.G.

Black

3/Color

White

Magenta

Red

Yellow

Green

Cyan

Blue

8
7
6
5
4
3
2
1
1
2
3
4
5
6
7
8
9
10
11
12
13
14
15
16
17
18
19
Centimetres
Inches

Farbkarte #13

29

TATIO JVRIS CRIMINALIS
DE
**JVSTIS
MITIGANDI CAVSIS
N CRIMINIBVS**

Q V A M
GIVS GVSTAVVS
LIBER BARO
MAYDELL
LIVONVS
CTOR ET RESPONDENS
P R A E S I D E
O JACOB O HEISLER
J. V. D. ET P. P. E.
M A F R I D E R I C I A N A
XIX. AVGVSTI ANNO MDCLII.
P V B L I C O A V D I T O R I O
PROPVGNABIT.

HALAE MAGDEBURGICAE,
IS CHRISTIANI HILLIGERI ACAD. TYPOGR.